

Universitätsbibliothek Wuppertal

Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios Corpvs.

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber quintus, De descensu ad inferos

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-914](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-914)

verite: & in 2. Act. Christum introducere sic loquentem; Descendam in infernum: sentiam dolores inferni: & plane perisse videbor.

IV. Caluini in Psychopannychia ex illis verbis, Non derelinques animam meam in inferno, sic inferre: Hac nobis certissimam fidem faciunt, Christum extingui morte non potuisse, etiam secundum hominem. Vera mors fuit: corpus & anima solutio: Caterum, anima vitam suam nunquam perdidit, quae Patri commendata, non poterat non salua esse. Id volunt verba ex concione Petri, quibus affirmat impossibile fuisse, teneri ipsum a morte ut Scriptura impleteretur, quoniam non derelinques animam meam in inferno. Nam anima eius diuina virtute suffulta est, ne in perditionem rueret, & corpus eius in sepulchro seruatum ad resurrectionem. Videtur, inquit Bellarminus, intelligere Caluinum per infernum, perfectam extinctionem animae. Probare egerit Caluinum Christi in morte corporis non fuisse extinctam: quia anima eius non fuit absorpta ab inferno. Tum paulo post clarius. Præbet & vobis aliud argumentum immortalitatis animæ suæ, cum lonam triuo immersum in ventre ceti, mortis suæ typum constituit. Venit ille mors est: animam igitur saluam in morte habuit. Et rursus: Quid est, quod Isaac non moritur: igitur saluam in morte habuit, immortale Christus præstitit, hoc est, animam: Arius vero animal irrationale, qui in eius locum ad mortem substituitur, corpus est.

V. Atqui vix vllum certius inuenias argumentum imposturæ. Primum, illud falsum a Brentio descendere ad inferos exponi, penitus interire. Hoc, inquam, falsum, & malitiose a leuita corruptum est Lege Brentij verba in Catechismo: hoc est descendere ad inferos, videlicet videri proflua & omnino interire. Quare cum & Christus postquam sepeliebatur, visus fuit proflua interisse, recte dicitur tunc ad inferos descendisse. Non enim sentiendum est, quod Christus passus sit post mortem suam aliquem in inferno dolorem: dicit enim ad latronem, hodie mecum eris in paradiso: sed quod visus fuerit in oculis hominum omni salute destitutus, atque à Deo ipso maledictus & abiectus. En tibi non illud Bellarmioianum, penitus interire: sed à iud, longe aliud, videri penitus interire. Quid dicemus fuisse Bellarmio, aut cerebri, si putauit vnum idemque esse peire, & videri peire aut frontis, si eam sciret interire multum; tamen dissimulauit: Nam videtur interire ille, qui re vera non interit. At qui penitus interit, re vera interit: est autem Brentio descendere ad inferos, idem quod videri interire. Ergo descendere ad inferos Brentio, non est re vera interire: contra quam Bellarminus calumniabatur.

VI. In Caluini criminatione audite mirum artificem, cui tota Dialecticorum schola merito assurgat. Probandum est, Caluinum per infernum intelligere perfectam extinctionem animæ. Quare argumentum, hoc Bellarminus profert ex eo, quia Caluinus probet animam Christi in morte corporis non fuisse extinctam ex eo, quod non fuerit absorpta ab inferno. Et exclamat. Quid igitur est Caluino absorberi ab inferno, nisi animam penitus extingui?

VII. Imo, inquam, illud absorberi, quicquid sit tandem apud Caluinum non est. Cæterum disputat ille animas hominum non interire. Ergo, leuita id concludit ex Caluini argumento, quod est oppositum Caluini conclusioni Non laudas cecumen: Id autem docet Caluinus, quia anima Christi non interit: hoc erat docendum: docet Caluinus, cum aliis argumentis, tum isto quod impossibile fuerit eam detineri à morte, iuxta Scripturam, non derelinques animam meam in inferno. Ergo, inquit leuita, animam derelinqui in inferno, est eandem proflua peire. Et risum aliquis teneat? Imo non est, Bellarmio: sed tibi, tuum illud non habes oculos mentis eruit, ut ne videas vim Caluini argumenti: quam ego sic ostendo: Nulla anima per mortem proflua interiens, educitur ex inferno. At anima hominis educitur ex inferno. Ergo anima hominis non interit in morte. Probatur minor, exemplo animæ Christi, hæc Caluini mens est: Bellarmio bonam det Deus.

VIII. Sed habet aliud Sophisma: Si Christus, quia diuinitate suffultus erat, animam immortalem retinuit in morte corporis: Ergo, cæteri homines, qui non sunt suffulti diuinitate, in morte penitus extinguuntur, nec erit anima humana immortalis.

IX. Iam rursus calumniatur Non enim illud Caluinus dixit, animam Christi reuoluisse immortalitatem, quia suffulta esset diuinitate. Sed diuina virtute suffultam fuisse, ne in perditionem rueret. Perditio autem, non est omnimoda illa Bellarmioianæ extinctionio: sed est damnationis ille status, à quo non est redemptio. Nam, quis nescit ita significare etiam in Scripturis? Iob 2. In diem perditionis seruatur malus. Prou. 11. In perditione impiorum erit laudatio. Matth. 7. Lata porta ducit ad perditionem. Et alibi sæpissime.

CAP. III.

Status Controversia de descensu ad inferos.

I. Lotus calumniis, superest inquirendus verus sensus articuli, descensu ad inferos.

II. Sunt, qui dicant aliis verbis repeti articulum de sepultura: prout in Veteri Testamento plurimum solent vnum idemque duabus exprimi formulis. Huius sententiæ videtur fuisse Rufinus. Vis verbi eadem videtur esse in eo quod sepultus dicitur. Quibus in verbis quibus Bellarminus non teneat, qui Rufinum scripsit dicere, ea implicite contineri in articulo de sepultura; quia hæc corpus descendit ad locum corporum, ita anima ad locum animarum. Nam hæc cætere nec apud Rufinum vlla sunt: & tam procul abeant ab his, quæ scripta leguntur, ut nihil magis. Longe facilius fieri intelligent Rufinum voluisse his verbis iterari id quod prius dictum, & vno verbo dicam, bis poni sepulturam Christi.

III. Hæc sententia, quæ est etiam nonnullorum recentium, etsi nihil impium habeat, & non discedat à phrasi Hebræa; tamen non sit verisimilium. Primo enim mos ille repetendi eundem sensum aliis verbis, etsi in Veteri Testamento frequens: tamen non ita in Nouo, ut videatur esse ex genio linguæ. At hoc Symbolum non est Hebræice scriptum; & pertinet ad Nouum Testamentum: in quo sese conformauit Spiritus Sanctus, ac proinde Ecclesiæ; consuetudini Gentium in loquendo; apud quas

πρωτολογία etiam vitium est. Secundo, tum alias eiusmodi iterationes ingratae sunt, tum maxime in tam breui succinctaque epitome absurdæ, in qua contrahuntur omnia quam possunt maxime, etiam grauissima capita. Tertio, tum maxime sunt auribus ingratae, quum præcedentibus obscurior est sequens inculcatio: est autem descendere ad inferna, eodem sensu longe obscurius quam sepeliri.

IV. Itaque nos huic expositioni acquiescere non possumus: Bezaque Bellarminus capite nono, cum in illorum grege numerauit, discessit ab officio boni viri. Nam si in capite Act. 2. annotauit descendere ad inferos, proprie significare sepulchro conditi: tamen nusquam dixit huius articuli in hoc Symbolo, eum esse sensum. Atque adeo eadem annotatione in 2. Act. Beza notat hanc eandem phrasin translatiue usurpari de iis qui summis, vel animi vel corporis doloribus ita opprimuntur, ut sint vltimo exitio proximi: quomodo nos hunc articulum intelligimus.

V. Super sunt duæ sententiæ: vna Papistarum: Catholicorum altera. Illi dicunt Christi animam, ex quo separata fuit à corpore, esse profectam ad inferos, vsque ad resurrectionis horam sunt enim verba Catechismi Tridentini. Nobis credendum proponitur, Christo iam mortuo, eius animam ad inferos descendisse: ubi, tam diu fuisse, quam diu eiusdem corpus in sepulchro fuit.

VI. Et Durandus quidem tactum non locali aliqua profectio, sed duntaxat potentia; & virtute non essentia. Sed eam sententiam tum Bellarminus impugnat, tum idem Catechismus Tridentinus damnat. Ne vero, inquit, existimandum est, eum sic ad inferos descendisse, ut eius tantummodo vna ac virtus non etiam anima eoperueniret: sed omnino credendum est ipsam animam re & presentia ad inferos descendisse. Itaque concipi volunt motum vere localem: quo factum, ut anima Christi, egrediens è corpore, inducit se in illos locos, quos intra terra videri curiosi designatores describere: inde scilicet liberatura magnam animarum cateruam, quæ in limbo nescio quo, tanquam carcerate, detinebantur: & in cælos à quibus exulabant, inguatura.

VII. At Catholici ea somnia non tam ridere, quam horrent: & docent, inferos intelligendos de pœnis, cruciatibusque à Christo perceptis pro peccatis hominum; tum in corpore, quod variis quasi lanatibus deturpatum, cruci tandem affixum, mortem hanc sustinuit, qua separatum est ab anima: tum etiam, & quidem præcipua, in anima ipsa; quæ anxiam vsque ad mortem, horrebat vim illam maledictionis, cui se ipsa subiecerat volens. Has pœnas, quæ neque verbis exprimi, ac ne cogitatione quidem digne concipi possunt, appellari inferorum nomine, quod eas homines damnati, iusto Dei iudicio, solent in inferis tolerare. Ex inferorū autem nomine petitam esse descensum rationem. Et si enim re vera non descendit id est locum non mutauit ex sommo in imum; tamen, ex vsu vulgi, metaphoricè sic dici descendisse.

VIII. Sed admonemus tamen nolle λογισμῶν: aut contentiose disputare de verborum, quibus hic articulus Symboli conceptus est, sensu: vtrum hic sit portus, quem nunc diximus: an quispiam alius, dummodo pius. Nec sane damnemus Tigurinos, quorum Catechismus, hunc articulum explicans, Credo, inquit, Christum à morte sua corporea, non tantum abiisse animam suam ad animas defunctorum: sed eundem quoque sua morte salutarem fuisse omnibus sanctis Patribus ab exordio mundi defunctis: imo Christum sua morte nobis omnibus qui in ipsum credimus, mortem æternam, atque inferos confregisse, & ab omni tartari horrore liberasse. Et si duriusculū illud de profectio ad animas defunctorū, emolliamus commoda interpretationes ut non sit expositio verborum Descendit ad inferos: sed transitio quadam à morte ad hunc articulum, & sensus sit. Ex eo quod vere mortuus sit Christus, intelligi eius animam profectam esse ad animas defunctorum: priorum videlicet quomodo ipse testatus est, hodie mecum eris in paradiso: præterea tamen, cum dicimus, descendit ad inferos: significari efficaciam mortis Christi, quæ deiciit sunt inferi: cuius victoriæ fructus non ad eos tantum pertinet, qui post erant futuri: sed ad illos etiam, qui longe ante præcesserant.

IX. Abiit etiam vidam nemus eos qui hæc verba per πρωτολογίαν explicat. Nam etsi videantur dilucius interpretari: tamen valet apud nos candidor, qui perpetuus esse debet in Scripturis explicandis: nimirum, ut in obscurioribus locis, admitti possint varii sensus, dum ne impij. Et sic alii alios patienter, imo humiliter, toleramus, donec, aut illis aut nobis, Deus reueler. Cur ad enim inter nos eandem charitatem ostendamus, quam veteribus præstare cogimur, in quibus tot sunt, tamque variae de multis locis sententiæ.

X. Quid ergo? aut quid hunc erit negotij Catholicis aduersus Papistas? nimirum, de se ipsi dicamus, id quod fingunt Christi animam descendisse localiter ad nescio quas specus subterraneas id est, locum aliquem, in quo conseruaretur an mæriorum procul à Deo: hoc inquam, figmentum esse, ut minimum dicam, ineptum, & falsum. Deinde, ut ostendamus Christum non tantum in corpore, sed etiam in anima, pertulisse vere cruciatum nobis debitos propter peccata nostra. Quam sententiam, si pius doctisque probemus, abunde satisfactum erit nostro officio. Si qui postea contendat, non commode significari id his verbis Symboli, fruatur sane suo iudicio: nobis etiam ne nostram libertatem iniudeant. Nos enim profiteamur non videre, vllum alium aptiorem pleniorumve sensum.

XI. Porro hanc controversiam tractat Bellarminus li. 4. de Christo c. 6. & seqq. Item Ioannes Hayus contra Chambrunum c. 10. & 15. Franciscus Sonitus Demonstrationum Religionis Christianæ tract. 4. Alphonsus de Castro tom. 3. de inferis. Simon Vigor serm. 13. & 14. in Symbolo. Salmetero tom. 10. tractatu 50. Gregorius de Valentia Commentariorum tom. 4. disp. 4. p. 2. Sanctus Reperitio nis 4. c. 2.

XII. Nostri contra Caluinum Institutionis lib. 2. c. 16. Iunius contra Bellarminum. Polanus Syntagmatis libri 6. c. 21. Andreas Ræuetus Catholicæ Orthodoxæ tractat. 2. quaest. 8. Ioan. Gardeus, in responsione Christiana ad nouum Apocryphum.

Statam,

CAP. IV.

De portis areis contritis, & inferioribus partibus terra: de corde terra.

I. Pistarum igitur est probare, Christum ad inferos descendisse vere, proprie, ac re ipsa. Argumenta Bellarminus colligit ex Scriptura primum, tum ex Patribus. Thomas Aquinas, & Vigor addunt quaedam rationes.

II. Scripturae primus locus est Psalm. 107. *Contrivit portas areas, & vestes ferreas confregit.* Et ratio est, quia sic intelligant Hilarius in Psalmum 138. & Ambrosius libro de mysterio Paschae. Nihilominus tamen concedit Bellarminus hunc locum non convincere, hoc est, non probare id quod est in questione: quia sensus literalis sit de liberatione ab Aegypto.

III. At ego praeterea obsetuo falso citari Hilarium & Ambrosium, qui locis notatis de hoc loco Psalmi neque *περὶ*, neque *μό*. Psalmi autem argumentum, facile ex toto contextu percipitur hoc esse; vt laudetur Dei potentia in liberandis hominibus ab omni periculorum genere, quibus obnoxj sunt in hac vita. Haec vero verba ad eos pertinent, qui a carceribus educuntur; quorum portae dicuntur areae, & vestes ferrei, propter firmitatem. Ad inferos autem, siue statum post hanc vitam animarum, nihil est quod pertineat.

IV. Secundus locus, ex 24. Ecclesiastici: vbi sic loquitur Sapientia Dei: *Penetrabo omnes inferiores partes terra, inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Sed huius argumenti rursus agnoscitur imbecillitatem Iesuita, duplicem ob causam: Prior est, quia liber Ecclesiastici non sit Canonicus: Altera, quia haec verba sunt contextus Latini, in Graeco autem contextu nulla sunt. Itaque possunt a nobis secure praeteriri. Nam quod addit, haec verba apud Catholicos habere suam auctoritatem; Papistas intellexit suo more; qui ex Tridentino concilio magis pendunt quam a verbo Dei, aut vlla etiam ratione.

V. Tertius locus est 12. e. Matthaei: *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terra.* Cor terrae significat vel mortem, vt Calvinus: vel sepulchrum: vt alii dixerunt, vel inferos. At non mortem; quia cor terrae est aliquis locus subterraneus: mors autem non est locus. Non etiam sepulchrum. Nam cor est in profundissimo loco animalis: sepulchrum vero prope superficiem terrae. Imo, Christi sepulchrum videtur fuisse supra terram, quia erat monumentum excisum in lapide supra terram extans. Praeterea, sicut in ventre ceti Ionas fuit vivens: ita in corde terrae aliquid vivum esse debuit: at in sepulchro fuit corpus mortuum. Non est igitur cor terrae sepulchrum. Cum itaque neq; mors sit, neque sepulchrum, necesse est esse inferos.

VI. Respondeo, per cor terrae sepulchrum intelligi, indeque mortem. Neq; enim pugnant quod in Psychopannychia Calvinus dixit, Ventrem illum ceti mortem esse: cum eo, quod Christus dixit esse cor terrae. Novit sane Calvinus, cor terrae esse locum: ac proinde in harmonia Evangelistarum, sepulchrum est interpretatus. Sed vidit etiam de sepulchro necessario intelligendam mortem, tanquam praecedentem: neque enim in sepulchro collocari solet, nisi mortui. Et hoc illi propositum erat, vt probaret in morte non extingui animam. Neque ille primus Nam glossae ordinariae: *Piscis qui voravit in pelago, mors quam passus est in mundo.* Anselmus: *Nauta enim sunt Iudaei, piscis mors: nauta tradunt Iona pisci: & Iuda Christum morti. Piscis tertia die Iona in portu euomuit, & mors in tertia Christum firmiter vitam restituit.*

VII. Nos ergo per cor terrae sepulchrum intelligemus, in quo Christi corpus fuit depositum. Inferos vero, id est, locum quempiam animae, post separationem a corpore, negamus hoc loco vlllos esse. Pro sepulchro interpretantur ante nos non pauci Veteres. Ignatius ad Trallianos, Profabato sententiam accepit a Pilato, crucifixus est, expiravit, sepultus est, *το σάββατον ὑπὸ τῆς γῆς ἔκειτο ἐν τῷ μνημείῳ. Sabbato sub terra mansit in monumento, in quo reposuit eum Ioseph.* Illucescente Dominica resurrexit: & sic impletum quod dixerat de exemplo Iona. Chrysostomus: *ἐν τῷ ἔθνει ἐν τῇ γῆ, ἢ ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς: ἢ ἐν τῷ σπέρματι τῆς γῆς, ἢ ἐν τοῖς ὀστέοις τῆς γῆς.* Non dixit in terra, sed in corde terra: vt & sepulchrum denotet, & nemo apparentiam fuisse suspicaverit. Euthymius: *Cor vero terra intelligit illius profunditatem. Nam in profunditate illius lapidis incisum erat sepulchrum.* Anselmus: *Fuit in corde terra, in sepulchro scilicet.* Isidorus Pelusiota Epistola 114. lib. 1. *τὸ σάββατον τῆς γῆς ἢ τῆς καρδίας ἢ τῆς ψυχῆς ἢ τῆς σαρκὸς ἢ τῆς οὐρανίας.* Non dixit in terra, sed in corde terra: vt & sepulchrum denotet, & nemo apparentiam fuisse suspicaverit. Euthymius: *Cor vero terra intelligit illius profunditatem. Nam in profunditate illius lapidis incisum erat sepulchrum.* Anselmus: *Fuit in corde terra, in sepulchro scilicet.* Isidorus Pelusiota Epistola 114. lib. 1. *τὸ σάββατον τῆς γῆς ἢ τῆς καρδίας ἢ τῆς ψυχῆς ἢ τῆς σαρκὸς ἢ τῆς οὐρανίας.*

VIII. Quae autem Bellarminus opposit, merae sunt nugae: Cor, inquit, est profundissimum animalis: qua de re viderint sane, siue *καρδίαι*, siue Anatomici: sed non esse hoc loco cor terrae, sepulchrum, id profecto non sequitur. Constat enim cordis vocabulum non esse propria sua notione accipiendum. Metaphora autem varie consideratur; nec semper habet pro fundamento vnam eandemque rei proprietatem; vnde fit vt idem vocabulum varie sumatur.

IX. Praeterea sumi Hebraice *לב* pro *הור* medio vulgatum est. Sumi etiam medium pro interno, omnibus linguis est vsitatum. Sic Exodi 15. *Congregata sunt abyssi לב לב* ad verbum in corde maris, vt vertit Pagninus. Septuaginta *ὁ ἕκτος τῆς ἡμετέρας*, Latinus, in medio maris. Tremellius,

in intima parte maris. Deuter. 4. *Et mons ardebat igne usque ad cor caeli, ἕως τῆς καρδίας τοῦ οὐρανοῦ* Pagninus, usque ad medium caeli: Tremellius, usque ad summum caelum. Septuaginta & Latinus interpres paulo dilutius, quod attinet ad verba: nam sensus est idem: *ἕως τῆς καρδίας*; usque ad caelum. Secundi Samuelis 28. dicitur Absalom adhuc vixisse *ἕως τῆς καρδίας τοῦ οὐρανοῦ*, sic enim ad verbum expresserunt Septuaginta: Pagninus, in medio quercus. Ezechielis 17. de Tyro *ἕως τῆς καρδίας τοῦ οὐρανοῦ* Septuaginta ad verbum: *ὅτι ἕως τῆς καρδίας τοῦ οὐρανοῦ*; Pagninus, in corde marium sunt termini tui, Tremellius, In intima parte marium erant termini. Vulgatus, Et in corde maris sita. Edicat Bellarminus, an censeat sic intra mare Tyrum fuisse, vt est cor intra animalis corpus: imo, inquit Varablus, quia vndique mari allueretur. Itaque vt sensum habeamus huius metapho. & ridiculum est circinum adhibere: & frustra Bellarminus geometram agat, vt doceat nos, quantum distaret sepulchrum a superficie.

X. Nam quod addit, fuisse etiam supra terram: quia in lapide excisum; vix crediderim etiam Iesuita posse in mentem venire. Nam primo, non dicitur fuisse excisum in lapide, sed *ἐν πέτρᾳ*, inquit Matthaeus: vel *ἐν πέτρᾳ*, inquit Marcus: At *πέτρα* non est lapis, sed saxum, siue rupes: Deinde *λατομέω*, est incidere more lapidicinarum. Itaque Syrus interpres vertit *ἔκκοψον*, vt vertit Tremellius. Indeque dicitur Ioseph, *ἔκκοψον λίθον μέγαν τῆς ἡμέρας*; aduoluisse lapidem magnum ad osium sepulchri: & Ioannis 20. ille alter discipulus, qui cum Petro accurrerat ad monumentum, dicitur *παρὰ τὸ μνημεῖον* incuruatus vidisse lineam.

XI. Beda, quem Anselmus citat in 27. Matthaei, docet speluncam fuisse, siue, vt loquitur, domum rotundam, de subiecta rupe excisam, in cuius parte Aquilonati sepulchrum erat de eadem petra factum. Et Hieronymus, commentariis in idipsum caput, adfert vaticinium, *habitabit in excisa spelunca petra fortissima*: sumptum ex 33. c. Ebraice, secundum Septuaginta Interpretes. Non igitur extabat sepulchrum supra terram, nisi forte nobis nouus aliquis geometres separet rupes a terra globo: & neget Saram sub terra fuisse, quia sepulta fuit in spelunca excisa, Gen. 23. Imo vero Ignatius ad Trallianos discrete, *τὸ σάββατον ὑπὸ τῆς γῆς ἔκειτο ἐν τῷ μνημείῳ*, Sub terra mansit in monumento Christus.

XII. At in ventre ceti fuit Ionas viuus: ergo, in corde terrae debuit esse aliquid viuum. Corpus autem erat in sepulchro mortuum. Ridicule: & cur, quaeso, nobis ea tam impune proponet Iesuita, quibus nullum est rationis fundamentum, praeter omnia illa celebratissima e camera meditationum? Aut, quid illa regeret, si similiter concludam, in ventre ceti fuisse corpus Iona: ergo, in illo terrae corde oportere esse aliquid corporeum? Renunciabitne subtili suo commento, an potius afferet, non animam tantum, sed etiam corpus Christi descendisse ad inferos? Apage in re tam seria, tam pueriles ludos.

XIII. At Salmero arguit ex supputatione tridui: quia ab hora nona, qua expiravit Christus in cruce, ad resurrectionem vsq; computantur ab Augustino horae quadraginta: nempe sexa sexta quatuor circiter, Sabbati viginti quatuor, & octis dominicae horae 12. Et sic tres dies constabunt; quanquam extremi non integri. At si de sepulchro, non constabunt, quia sepultus est Christus appetente vespera Sabbathi.

XIV. Atqui inquam, cum necesse sit ad synecdochen confugere, non interest quantam partem sumas. Et quantumuis breue sit spatium ante Sabbathum; tamen sepultura Christi non potest dici facta die Sabbathi. Si ergo facta profabbatho, quantumuis extremo; tum prima Sabbathi qua resurrexit, dicitur tertia dies a sepultura. Deinde, ne nos quidem obftamus, quo minus putatio incipiat ab hora nona: & sic Ignatius: qui tamen cor terrae *τὸ μνημεῖον* interpretatur.

CAP. V.

De anima Christi non relicta in inferno.

I. Quartus locus Act. 2. *Non relinques animam meam in inferno.* Vbi Pistarum, & animam proprie interpretantur pro parte illa hominis, qua corpori opponitur, & infernum pro locis illis suis subterraneis in quibus fingunt Patres fuisse. Itaq; sensum esse Christi animam profecturam quidem fuisse in eiusmodi locos inferos, quemadmodum eorum, qui tum quotidie moriebantur: sed ibidem, duoraxat triduum commoraturam; ac propterea ibi non derelinquentiam, sed educendam: sed de eorum verbis interpretatio controuersia est, quam agitant, praeter Bellarminum, Genebrardus in Psalmum 15. & Stapletonus, Antidoris Apostolicis, in hunc locum Actorum.

II. Beza, in prima editione Noui Testamenti voces Graecas *καταλείψω τὸ πνεῦμά μου ἐν ᾧ*, vertet, *Non derelinques cadauer meum in sepulchro.* Hic vero, & cadauer exagitarunt, & sepulchrum. Cadauer quidem tanquam non dignum sancto illo corpore, quod custoditum fuit ab omni corruptione. Falsus Beza, cum moneretur a suis, mutauit tandem in animam; quod ipse alia editione testatus est: *Fateor*, inquit, *cadauer nomen nec mortuo quidem Christi corpori satis conuenire: ac proinde in altera editione mutauit: sed eandem sententiam retinuit.* Exemplo omnibus bonis imitando. Quanquam ne memos quidem effugere poterit. Nam Hayus Disputat. lib. 1. c. 54. accusat quasi mundo illudentem; qui verbis mutatis, eandem sententiam retinuerit. Qua in re non video quid sit peccatum. Nam bono sensu, cadauer primo vsurpauerat pro corpore, a quo anima discessisset: & hoc ipso sensu postea animam dixit; ex vsu Scripturae. Quid habet quod rodatur Sycophanta?

III. Aut, qui in Beza tam est seuerus, quid suis faciet, qui non abhorruerunt a cadaueris nomine, cum agerent de hoc ipso Christi corpore? Nannius illud Athanasii de Incarnatione: *ὡς τὸ δεχθῆναι τὸν θάνατον ἐν τῷ σώματι, καὶ τὸν αἵμα ἐκκεῖν ἐν τῷ*; ita vertit; *vt mortui esse suum corpus doceret, non priusquam, nisi ubi iam triduanum cadauer esset, exciuit.* Caietan. in Mat. 28. *Voluit diuina providentia Iesu resurrectioni, qua factus est, ne coram hominibus*

mus quid censeant Iarchi, Steuchus, Lyranus; quibus Pagninum addere licet. Nam quod arguatur Iacobum dixisse se iturum ad filium, quem putabat deuoratum a feris; ac proinde caruisse sepulchro puerile est Sophisma compositionis. Non enim sensus est, Iacobum iturum ad sepulchrum, ubi esset filius, sed se iturum ad sepulchrum, ac sic etiam ad filium. Quod utrumque, quis nescit facile esse? nisi forte cum Genesios 15. dictum est Abrahamo: Tu ibis ad Patres tuos in pace, sepultus in senectute bona; intelligimus promissum illi, ut in eodem tumulo cum Patrib. suis conderetur. Et cum Iudic. 1. audimus. Omnisq; illa congregatio congregata est ad patres suos: necessario credimus omnes illius temporis, aut seculi, nullo excepto, ad eisdem limbos esse profectos; nullus autem ad locum damnatorum. Imo abiisset ad filium non sepultum, Iacob sepultus: quia uterque fuisset inter mortuos. Itaq; Arias Montanus, libro de Arcano sermone, non aliter intelligit.

XXII. Alter locus Numer. 16. Descenderunt viuentes in infernum operituro. Imo, inquam, auctor Concordantiarum hunc citat exponendum per קבר Sepulchrum. Et sane factus sensus est; viuentes fuisse sepultos; quod circumstantiæ indicant, tum aperuit terra os suum: tum operuit eos terra: Nec Arias Montanus aliter censet, libro de arcano sermone Dathan atque Abiron viuis in infernum descendisse, hoc est ante sepulti quam mortui fuisse dicuntur. Atqui (inquit) Epiphanius & Hieronymus intellexerunt locum damnatorum Fateor, inquam. At quid tum? Non enim dicunt esse eam propriam vocabuli significationem: nec negant, inquam, accipi pro sepulchro: quæ nostra nunc quæstio est. Nos vero non dicimus nunquam significare locum, aut certe statum animarum post mortem.

XXIII. Tertius locus Psalmo 139. Si ascendero in caelum, tu illic es, & si descendero in infernum ades. Vbi opponuntur terræ superficiem, in qua tuuc erat Dauid, duo loca distantissima, altissimum caelum, & profundissimum infernus. Sepulchrum autem non abest a superficie terræ duobus palmis. Imo nulla est consequentia. Primo, quia non sequitur שאול proprie significat אדלו, ergo nunquam sepulchrum. Deinde, quia etiam si profundissimus locus in terra, tamen non est locus animarum. Tertio, quia ne quidem necesse est intelligi locum profundissimum in terra, sed tantum generaliter omnia loca subterranea; Imo Abben Ezra exponit קבר sepulchrum: Et Kimchi ut exponat vocem אצערה quam Latinus verit descendam, scripsit למצו האדום במיתו. Propterea quod שאול, est stratum siue lectus hominis post eius mortem. Et ante; חובא שאול עמקי הארץ: hoc est, שאול, id est, profunda terra.

XXIV. Quartus locus Isaie 14. Dixisti, in caelum ascendam, veruntamen usque ad infernum detraheris in profundum laci. Vbi, quatenus agitur de Diabolo, non potest infernus significare sepulchrum: quia Diabolus non est in sepulchro: quatenus autem de rege Babylonis, non potest etiam significare sepulchrum: tum quia periret antithesis cæli & inferni, tum quia ibidem dicitur Rex ille cariturus sepulchro.

XXV. Sed de Diabolo, nihil hoc quidem loco: & qui primi id somniant, allegoriis nimis quam curiose indulgent. Itaque hoc nihil ad rem. Deinde, consequentia similis est præcedentibus; hoc est, in præ: ut si hic significetur locus animarum, propterea ea sit propria notio, vt nunquam sit intelligendum sepulchrum. Tertio, ne hic quidem quicquid est, quo excludatur sensus eius vocis quem nos genuinum dicimus. Non enim perit antithesis vt in loco præcedente Nec obstat qd cariturus dicitur Rex sepulchro. Siue dicamus, cum Iunio, nō absolute priuandum, sepulchro, sed suo, id est, Regio, ac proinde pompa: siue etiam absolute. Tum enim est proverbialis sermo, vt quomodo per ascensum in caelum significatur magnificentia extraordinaria; sic per descensum ad sepulchrum, ei magnificentia aliquid penitus contrarium. Porro fauet nobis circumstantia cōtextus. Nam illud profundū laci, Hebraice est ירכתי בור Latera fosse, siue, vt vertit Pagninus, sepulchri: quomodo solent Hebræi idem inculcare variis verbis: Et Vatablus annotabat: Ad infernum detraheris, futurum Hebraice pro præterito: in sepulchrum detraheris es vel deiectus. Et statim lacum interpretatur, fontem sepulchralem.

XXVI. Atque hæc de locis Scripturæ. Nunc de interpretibus. Septuaginta vertit: אדלו, non autem תהום. Hieronymus infernum, nusquã sepulchrum. Chaldaeus גיהנום Gehennam Facile negotium: Nam Septuaginta, & Latinus ille vetus interpretes, quisquis est, non raro Græca & Latina vocabula, detorserunt ad sensum Hebraicum, neglecta linguæ suæ proprietate. Nam illud עשיו cum sacrificiis accommodatur, illi vertunt תהום, quod alius auctor profusus nullus. Et iste בור Lacum etiam eum pro sepulchro sumitur, vt Psalmo 28. & alias itaque nihil hinc potest Bellarminus conficere: aut ex eorum auctoritate immutare propriam Hebraicæ vocis significationem. Atque adeo Psalmo 30. Eduxisti ab inferno animam meam. Sa, id est, Sepulchro. Quod attinet ad Paraphrastem Chaldaicum, is vt plurimum retinet vocem שאול vel שיו. Aliquando & raro admodum vertit גיהנום quam ob causam vapulat Abben Ezra referent Steacho in eum locum. Sed & Iunius obsequat Vallem Hion non fuisse commune Hierosolymitanorum sepulchrum: quanquam Egiptias Leuita aliter in Tisbi sentire videtur.

XXVII. Iam de Rabbini. Rabbi Dauid (inquit) in Psalmum 9 & idem rursus atque Abben Ezra in Psalmum 130. & Rabbi Levi in Prouerb. 15. & Iobi 26. exponunt locum animarum subterraneum. Pura pura mendacia. Kimchi in Psalm. 9. conuertentur in infernum, exponit in sepulchrum. Tantum addit in Dras exponi per Gehennam. Est auē Dras, inquit, Elias in Tisbi, expositio, quæ non est iuxta simplicitatem: siue, vt vulgo loquimur, iuxta sensum literalem. In Psalm. 138. iam dixit eundem exponere, per profunda terra: animarum nulla mentione. Abben Ezra in eundem psalm. תחתיות הארץ interpretatur השמים. Inferiora terra opposita cælo. De animabus merum uleolum. Levi Ben Gerson in Prouerb. 15. oici esse המרכז centrum, circa quod est caelum, Centrum autem esse locum depressum absolute. In Iobi similiter, esse locum inferiorem absolute: id est, centrum terræ. Animas vero apud eum tam in uicinis, quam in syluis delphinæ.

XXVIII. Itaque Bellarminus iustia fuit audax. Et tamen concedendum posse hac voce significari secundario statum animæ post mortem. Non tamen simpliciter: sed eum statum, qui sit seuictus a felicitate, non oportabilem, calamitosum, atque adeo imprecationibus aptum. Arias libelli de Arcano sermone c. 21. Quicquid terra superficie inferni facer. Infernus dicitur: una tamen cum connotatione absumendi & excipiendi omnia, quæ uita ante fuerint: atque ita interitum infernus spectat, quantum ex illius natura est. Itaque nullus locus est in Scriptura ubi sumatur in bonam partem. Quod illos oportuerat obseruare, qui inde Limbos, quos uocant Patrum fabricarunt.

XXIX. Quod ad Græcam uocem attinet: idem passim dicimus eum præcedenti ψυχή. Nimirum, vt eam Septuaginta, siue præpostera affectione, siue aliâ ob causam, abduxerit a nativo germanoq; usu ad alium & barbarum. Itaque Steuchus dicebat, Vbiq; Hieronymus, & Septuaginta infernum sunt interpretati, ibi Hebraice esse Schoel, id est, fossam siue sepulchrum. Et sane ita est. Nam Psalmo 88. ubi Hebraice est: Quis homo uiuet & non uidebit mortem? quis eripiet animam suam de manu שאול? Græce est, τίς τις ἀψυχῆς & οὐ θνήσκει, & οὐκ ἔσται ἐν χερσὶν θανάτου. Et Latine: Quis est homo, qui uiuet & non uidebit mortem: seruet animam suam de manu inferi? Vbi quis non uider geminari eandem sententiam in priori & posteriori membro? Quod obleruauit Vatablus: Vnde Pagninus vertit sepulchrum. Et Chald. Paraphrastem בית קבורתה Domum sepulchri.

XXX. Psal. 141. נפוצו עצמוני לפי שאול dispersa sunt ossa nostra qd ad Schoel: vt vertant se Sophista in omnes facies, nō efficiunt tamē ossa mortuorū in inferno esse, h. e. in loco animarum. Itaq; Pagninus vertit, in ore sepulchri. Et tamen Græce, πρὸς τὸ ἄδου Latine: secus infernum. Sa, id est, sepulchrum. Ionæ secundo: מבטן שאול שועתו. Græce: οὐκ ἔστιν ἄδου ἡ ψυχή μου. Latine: de u. nire inferi clamant: scilicet loquuntur in loco animarum post mortem. Melius Vatablus: Seipsum sequenti uersu declarat: id est, de uasto barathro: hoc est, de ventre illius ceti immanis qui similis erat barathro. Et Abben Ezra exponit מקום עמוק הפך שמים שהוא מרום. Locus depressus, oppositus caelo quod est altum. Denique ne plura colligam, ea ipsa exempla, quæ Arias Montanus colligit, vt doceat per infernum significari sepulchra corporum, distincta ab inferis animarum, non tantum Latine reddita sunt per inferni vel inferorum uocem, sed etiam Græce per ἄδου. Vt etiam Prouerb. 30. quo loco sepulchrum interpretatur Dauid de Pomicis Iudæus, in Dictionario dicato Sixto s. Papæ.

XXXI. Caluinus igitur & Beza, cum haberent præ manibus uoces ανσιμωσ, quid peccarunt, si sensum delegerunt commodissimum: nisi forte non commodissimum. Quod si Papista eum cant, aut si illi non contra, nihil est quod deprecemur. Certe Petrus constat loqui de resurrectione Christi. Quem Deus excitauit, inquit, soluita doloribus mortis: eo quod impossibile erat ipsum ab earetineri. Dauid enim dicit de eo. Quid est autem illud quod resurgit? non certe anima quæ non cadit: sed corpus, quod inde ἀδου, cadauer solet appellari. Præterea, si de anima & limbis intelligat, nihilomagnis de Christo erit, quam de Dauide. Nam quo Dauidis anima erat exsententia Papistarum, relinquenda in Limbo. Tertio, vt probet Petrus hunc locum non pertinere ad Dauidem. Vri fratres, inquit, uerba dicere apud uos de Patriarcha Dauid, eum & obisse & sepultum esse, & monumentum eius esse apud nos ad hunc usque diem. Quorum hæc nisi vt doceret infernum sumi pro sepulchro.

XXXII. Et tamen Stapletonus disputat hanc impudentem esse affecta, tamque corruptionem, homo ualde felicitate modestus, & religiosus duplici argumento. Primo, quia cum anima sit immortalis, nec morti subiecta, nec sepulchro conclusa, absurdissimus sensus sit, animam a morte liberare, vel è sepulchro erere. Secundo, quia de liberatione è sepulchro in altero membro distincte agitur, Non dabis sanctum tuum uisore corruptionem.

XXXIII. Respondeo ad prius: primo, si ψυχῆ, id est, ψυχή somas pro corpore, nihil est absurdi. Nam corpus, quod detinetur in sepulchro, inde liberati, facili sensu dicitur. Deinde, Beza absurditatem sustulisse, cum dixit, Vitam uideri quodammodo obrui sepulchro, quamdiu corpus illud mortuum iacet. Nam quod inde tanquam absurdum elicit; ergo nullam iam sanctorum uiuere meta cæcitas est, non distinguens inter animam & vitam; neq; inter obrui, & uideri obrui: Enim uero, etiam si uita obruatur, non sequitur tamen animam obrui: nec, quicquid uideri obrui, uera obruitur. Ad secundum, negatur ea distinctio: neque enim alia sententia est secundum membra, & prioris, vt antea diximus. Et quamuis effect distinctio, tamen Beza ψυχῆ, aut pro uita: non pro ipsa anima: sed præ ira non aduertit Stapletonus, aut quid diceret, pro contra quem.

XXXIV. Salmeto pugnat etiam ex iis eiusdem capitis uerbis: Quem Deus suscitauit, soluitis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Qui sermo re ipsa ponit animam Christi in inferno fuisse, a quo teneri minime potuit. Et quia Græce leguntur, Dolores mortis, pro doloribus inferni, disputat Latinam editionem Græca esse meliorem.

XXXV. At nos hoc quidem loco, de editione non contendimus, et si enim uideret potius sequendus consensus codicum Græcorum, in quibus unum tantum potuit notare Robertus Stephanius, in quo addelegatur: & uideatur Petrus suis uerbis utens loquutus potius simpliciter, vt caperetur ab auditoribus. Tamen cum & Syrus Interpres legerit ψυχή & Græce nonnulli, & Latini omnes Inferni, siueque eodem redcat, non putamus in solis syllabis tantum momenti, vt de iis seuerius contendendum sit.

XXXVI. Ad rem ipsam igitur, siue dolores mortis, siue dolores inferni, quicquam habere cum Limbo commune, negamus: atque eo magis, quod à nemine uidemus probatum: imo, ne uisissimo quidem indicio confirmatum. Nos contra: Dolores illos non posse intelligi, nisi uel Christi uel aliorum. At non aliorum: quia Petrus statim addit uo contextu: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab illo: ut rationem reddat, quare

quare solutos dixerit dolores inferni. Vnde necesse est, infernum intelli- gere, in quo ipse Christus fuerit: teneti tamen non potuerit. Quod si do- lores intelligendi ipsius Christi: Ergo non in Limbo, in quo nulli dolores: tum autē fatentur Papistæ non descendisse in Limbum, vt aliquid pate- retur. Restat ergo vt dolores intelligamus, quos Christus passus in mor- te: quæ significatur per infernum; quia mortis quasi triumphus, est se- pulchrum, quod per infernum significatur.

CAP. VI.

De descensu in abyssum, & inferiores partes terra.

Quintum locum citat Bellarminus ex 10. ad Rom. Ne dicas in corde tuo, quis descendit in abyssum, id est, Christum à mortuis reuocare. Er- go, Christus post mortem fuit in abyfso. At hoc nomine non potest intel- ligi status damnatorum, in quo, secundum Calvinum; ille fuit viuens; cum hic agatur de loco, vbi erat solum cum esset mortuus. Neque potest intelligi sepulchrum: nam abyfso profundissimam voraginem signifi- cat, quale non est sepulchrum. Præterea; facile est in sepulchrum descen- dere: at hic ponitur tanquam res homini viuenti impossibilis. Denique opponitur abyfso cælo; tanquam terræ superficies sit media inter abyf- sum & cælos. Itaque fuit Christus post mortem & antè resurrectionem in abyfso, quæ longissime abest à cælo, id est, in profundissimis terræ par- tibus.

II. Negatur consequentia: est enim error πᾶσι τοῖς ἡμέραις ἡ λήθης. In consequentiā Lyranus agnouit: qui cum primo loco istam Limborum fibulam attigisset, Expositio ista (inquit) non videtur concordare in aliquo cum sententia Deuteronomii trigesimo, vnde accipitur hæc Scriptura: nec etiam cum litera sequenti; vt patet inueni. Recte: Nam Moses, à quo sum- mitur locus, mare nominat, non abyfsum. Itaque in Paulo oportet sub- stitutam esse abyfsum pro mari: quo sensu Septuaginta Interpretes pro πάντα semper ἀβυσσος dixerunt; etiam cum de aquis agitur: quæ prop- ria est vocabuli significatio: vt docet Kimchi in rad. cibus esse locum multarum aquarum: nec dissentit Dauid de Pomis. In aquis autem ni- hil est quod ad Limbos pertineat. Deinde Paulus non solum hic de mor- tuis tantum loquitur, sed etiam in sequentibus, de resurrectione. At v- trumque saluum est, etiam si de Limbo nihil cogitemus. Nam Christum fuisse in sepulchro, id est, sepulchrum, articulus est fidei; additus ad testifi- candam mortis veritatem: & nos, qui limbos illos negamus, tamen cer- to credimus Christum reuocasse. Itaque illud, Christum à mortuis reuocare, est negare Christum esse mortuum & suscitatum: vt interpret- antur, non solum Lyranus; sed etiam Dominicus Soto, & Ioannes Ga- gnæus, & Aquinas, & Stapletonus in Antidoris.

III. Quæ subiungit Bellarminus, puerilia sunt nugamenta. Non po- test, inquit, intelligi status damnatorum: quo nomine significantur pec- catorum peccatis debitor, quas pro nobis Christus est passus. Imo potest, in- quam: nam, per synecdochen, mors Christi significat quæcumque in mor- te passus est, id est, dum perageretur eius mortis mysterium, vt & per eru- cem. Potest etiam intelligi sepulchrum: est abyfso locum profundissi- mum significet: quia non proprio significatu vsurpatur a Paulo. Nec as- sumitur, tanquam impossibile sit homini eo descendere: alias ne limbum quidem Papisticum significabit; quo volunt Patres descendisse. Sed signifi- cat Paulus, ascensum inde: quare postea resurrectionem nominauit. Nemo autem hominum ad sepulchrum descendit, indeque rediit, vt ho- mines doceret. Denique illud, de terræ superficie intermedia frigidum est Abyfso enim, vt dixi, non significat locum, sed statum mortis. Itaque frustra γαυμάζει. Constat sensus Pauli, Christum descendisse à cælis; sed & mortuum esse: eoque argui facilitatem Iustitiæ, quæ est ex fide: præ iu- stitiâ, quæ est ex lege. Limbi, mera somnia.

IV. Sextus locus ad Ephes. 4. Qui ascendit, ipse est qui descendit in in- feres partes terræ: hoc est ad subterraneum receptaculum animarum. Non enim sepulchrum vt Beza: non hanc terram, vt Marlorato placuit. Primo, quia ea est verborum proprietates. Nam inferior pars terræ, signifi- cat vnâ partem, eamque aliis inferioribus non superficiem, quæ est pars superior: neque sepulchrum quod supra terram fuit. Secundo, quia sequitur, vt adimplet omnia. Voluit enim Christus descendere vsque ad verum infernum, sicut descenderat in terram, vt præsens visitaret omnes partes regni sui, quod tripartitum est, iuxta illud ad Philipp. 2. vt in nomine Iesu omne genua stententur cælestium, terrestrium, & infernorum. Ter- tio, hunc locum iuxta interpretati Hieronymus, Ambrosius, Chrysostomus, Theophylactus, de inferno, infra quem nihil est.

V. Respondeo, iniuriam fieri Beza. Is enim de sepulchro hunc locum nunquam est interpretatus. Imo, Caluini, Beza, Marlorati, vna eadem- que est sententia: Videlicet Christum descendisse à cælis in terram, id est, in hanc vitæ conditionem nostram: atque adeo inferiores, siue, vt ver- tit Beza, inimas partes terra; significare inimas partes mundi, id est ter- ram: vt non terræ partes quædam, aliis quibusdam eiusdem partibus ter- ræ opponantur; sed tota terra cælis; quibus illi esse inferiores nemo nescit: vt eadem sit sententia, cum iis verbis quæ habentur Ioannis 6. Exiui à Patre, & veni in mundum. Thomas de Vio: Quod autem dicit, in inferiores partes terra; quamuis possit intelligi de partibus ipsius terra, distinguen- do in ipsa partes superiores, & partes inferiores (appellando partes inferni, in- feres partes, ad quas Christus descendit secundum animam) planius tamen intelligitur apostolum, terra, ad determinandum inferiores partes: infima enim pars mundi est terra; ad differ. vnam inferiorum partium cæli quæ sunt in æ- re. Ad se aperius diuises, quia descendit primum ad inferiorem partem mundi, terram.

VI. Ad primam rationem, respondeo, eam non esse vocabulorum pro- prietatem; vt tantum comparantur in terra parte: partibus: sed etiam vt ipsa terra comparatur, tanquam pars mundi, partibus eiusdem mundi

superioribus. Nam Psalmo 139. quod Latine est, Substantia mea in inferio- ribus terra: Hebraice legimus ארץ בחתימה ארץ formatus sum in inferioribus terra: quod nemo vnquam sanus sumpti pro inferno. Lyra- nus: Substantia corporis mei non latebat te, cum adhuc esset in materia vnde fa- cta est, quæ quidem materia, pro maiori parte, est terra, quæ est inferius elemen- tum. Imo Euthymius intelligit etiam sepulchrum: Manifesta (inquit) tibi est corpus mei substantia, quæ post mortem meam in terra profunditate abscon- detur, atque dissoluetur: hoc est, & compactum me vidisti in utero matris meæ & dissolutum rursum videbu in utero terra: ipso adeo Bellarmino non im- probante. Sed & Iansenius reddidit, Tota mea substantia, quam habui in utero matris, loco magis abdito, quam est vllum antrum terra, non suis occulta- ta à conspectu tuo. Addo à nonnullis hæc ipsa Psalms inferiora terræ expo- ni pro utero matris, vbi se dicat formatum Propheta. Sic Chaldaus Para- phrastes. Theodoretus: Tu adhuc me in materna aluo absconditum effendi- sti, perinde ac si fuisset in quadam nouissima parte terra: à quo ne Bellar- minus quidem est alienus. Vt rursus illud suum, de sepulchro, quod supra terram fuit, non tantum esse falsum, vt antea diximus, sciat Bellarminus; sed etiam, vt concederetur, non tamen concludere. Nam certe vterus matris est supra terram: & tamen per inferiora terræ commode intelligi potest. Atque hanc significationem, quid obster quominus in hunc Pau- li locum agnoscamus vt dixerit Christum descendisse ad κατώτατον μέρος τῆς γῆς, id est, à cælis, in vterum Mariæ; vt incarnaretur, & sumeret formam serui.

VIII. Ad secundam rationem. Peruertit etiam Bellarminus sequen- tia: ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα; vt implet omnia. Primo enim, quo iure τὰ πάντα, omnia, reducit ad tres tantum partes omnium? Aut, quomodo tantum ad regnum Christi? Secundo, illud πληρῶν, quod exemplo auder interpretari; visitare omnia? Certe, vt nihil aliud, saltem hæc summa est insolentia, vocabulis, pro suo arbitrio, subinde nouas significationes imponens. Terrio, cur ad ascensum referretur? Nam antea dixit, eum ipsum, qui a- scendit, prius descendisse. Ergo non erat opus in cælum ascendere, vt om- nia visitaret.

IX. Porro, in duas abeunt sententias, tum veteres, tum recentiores, qui in hunc locum sunt commentati. Vel enim intelligunt Christum ad- impleuisse omnia, quæ de eo erant scripta. Vt alii solent Evangelistæ di- cere: Vt impletur Scriptura. Thomas de Vio: Vt adimplet omnia quæ scri- pta sunt de eo: ad implendum siquidem promissa & Scripturas descendit & a- scendit. Lyranus: Vt adimplet quæ de eo per Prophetas erant scripta: qui non solum prophetauerunt de eius incarnatione, morte, resurrectione, sed etiam de eius ascensione. Aquinas: Vt adimplet omnia: id est, vt ad effectum perduceret omnia quæ de ipso erant scripta. Luca ultimo. Oportet implere omnia quæ scri- pta sunt in Lege, & Prophetis, & Psalmis de me. Anselmus: Vt adimplet om- nia, quæ de eo fuerant prophetata: nondum enim de eo fuerant adimpleta, quando ille necdum iuxta humanitatem in dextera Paterna gloria considerans regnans in æternum. Et ante hos aliquot seculis Primarius: Vt implet om- nia quæ scripta sunt. Sedulius: Vt non solum Prophetas completeret, sed etiam hæc occultas dispensationes, quas neque scire possumus, quomodo & Angelus in inferno sanguis Christi profuerit.

X. Alij sic explicant, vt sensus sit, Christum omnia, hoc est, suam Ecclē- siam, imple: donis Spiritus Sancti, quomodo erat pollicitus. Nam & Apostoli hoc est propositum, vt loquatur de donis Christi collatis in Ec- clēsiâ. Vniuersique nostrum (dixerat) data est gratia pro mensura doni Christi: qua occasione, illud à Psalms recitat de Ascensu. Et rursus, statim post hæc verba, vt implet omnia subiicit, Is igitur dedit alios quidem Apostolos alios vero Prophetas; & reliqua. Sic interpretantur, Glossa interlinearis. Vt implet omnia donis. Thomas Aquinas: Id est, omne genus hominum spi- ritualibus donis replet. Anselmus: Omnia donis suis adimpleuit ascendens: vt etiam Angelica creatura, quæ ante erant impleta, adimplerentur, id est, pre- motionem quandam acciperent.

XI. Vtrouls modo intelligas, nihil ad Limbos, aut subterraneos carceres: Et certe neuter, aut vocabulorum naturæ contradicit: aut à serie contextus discedit: aut deoque quicquam inferat absurdum. Cum hæc Papistica expositio, & τὸ πᾶσι τοῖς ἡμέραις nouo inusitatoque sensu sumat: & Limbum, quasi de cælo lapsum, imo vero fortuito egestum inducat, qui neque à præcedentibus pendeat, neque cum consequentibus habeat quicquam commune. Et absurdissimo dogmate nititur, de Patribus, an- te ea tempora, nondum beatis: quod suo loco disputandum erit. Iam ve- ro, vt nihil aliud, certe hoc ad nos redit commodi, quod locus ostendit- tur ambiguus: vnde nihil queat concludi aduersum Catholicos in gra- tiâ Papistarum.

XII. Ad hæc, etiam si Limbos, ac tertiam illam subterranei regni par- tem, concederemus; tamen non sequitur ad hanc tertiam partem locali- ter Christum descendisse. Quamobrem enim quæso? Vt Patres liberaret, aiunt. Itane? Primum mitto, quod alias disputatum sumus Deo dante, Patres non fuisse liberandos. Deinde dico, etiam si id concederetur; tamen nullo fuisse descensu opus. Potuerat enim sola sua efficacia id ipsum præstare. Imo, ne nos quidem eius in hanc terram aduentus, quatenus consideratur in præsentia, siue animæ, siue corporis, redimit: sed præsen- tia spiritualis. Itaque venit in mundum, vt perageret, quæ desiderantur mysteria salutis hominum; sed fidenter dico, hæc eius præsentia, quatenus præsentia fuit, neminem vnquam seruatam. Si igitur spiritalis Chri- sti præsentia, abs à morte redimit, quid erat, quæso, maioris laboris: vt non posset vincos illos (sic enim appellat eum libet) à carcere libera- rare?

XIII. Super sunt Patres, de quibus, suo loco, plenius sumus acturi. Ne- mo vero miretur, nos ab eorum sententia aliquando & cum modestia dis- cedere, sic cogente veritate. Cur non enim nobis idem liceat, quod Bel- larmino, tum infinitis locis alias, tum nunc hoc ipso? Cum enim τὸ πᾶσι τοῖς ἡμέραις exposuit de visitatione trium locorum, discessit sane ab om- nibus veteribus, quibus nunquam is sensus venit in mentem. Itaque con- donemus hunc nauum iis, qui nescio quas subterraneas caueas anima- bus piis assignarunt, ex communi errore, non vllis Scripturæ argumen- tis.

XIV. Et tamen Chrysolomum immerito trahit in suas partes. Neque enim is quicquam, aut de animabus Patrum, aut de cæcis: nescio quibus speluncis. Quid e go? Primum diserte τῶν ἀνδρῶν, μὴ μετὰ τὸν ἕρως, Hæc audiens, videlicet ascensum, descensumque, ne existimes transfertur. Vult enim à Paulo, hic itidem, ut ad Philipenses, agi, ἀλλὰ τὸ πᾶσι προσέειπεν, Christi. Itaq; localem motum negat; sine quo non consistunt Papistæ. Deinde, τὸ ἵκναι μὴ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ ἐπὶ φρεσὶν ἀπὸ τοῦ ἀσπόμενος ἁρμονίας. Vocat autem inferiores partes terra, mortem ex hominum opinione. Aud. mortem? Ea nostra sententia: non Papistarum. Audi ex hominum opinione: non ergo proprie & ad literam; siue ut Bellarminus facit, Geometricæ, ut sumpto circino, spatia timeatur. Cum igitur τὸ ἵκναι τὸν ἕρως, interpretatur, μετὰ τὸν ἕρως ἐπὶ τῆς γῆς, Post quas non sunt alia. Id vero non est difficile, nec sic arripendum, ut præcedentia negligantur: significavit ergo, non possessatum aliquem abiectiorem obseruari, eo statu, in quem se Christus deiecit, factus obediens vsque ad mortem. Et habet Chrysolomus assentientes Theodoretum, ac Photium, utrumque diserte inferiores partes exponentem, mortem; quia & Photius etiam ἄδελφον, nominat eodem sensu.

C A P. VII.

De anima Christi predicante mortuis ex Petro.

I. Septimum locum Bellarminus profert obscurissimum è 3. c. 1. Epistolæ Petri, Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustus, ut nos offerret Deo: mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu: in quo his, qui in carcere erant, spiritibus veniens predicauit; qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe. Et c. 4. Ideo & mortuis predicatum est Euangelium, ut indicentur quidem secundum hominem in carne, viuunt autem secundum Deum in spiritu. Hæc locos semper obscurissimos fatetur esse habitos: itaque diligentius exequitur; & quidem, impugnat Augustino: quod obseruo, ut ne quis miretur nos aliquando à Veteribus modeste dissentire.

II. Porro Papistæ, sic Petrum intelligi volunt, ut significet, Christi animam, post separationem à corpore profectam ad locos subterraneos: Euangelium prædicasse animabus veterum illorum, qui tempore Noe, quando ædificabatur Arca, immorigeræ fuerunt: sed tamen sub horam mortis conuersi detrusi sunt ad limbos, non vero in locum damnatorum: expectaturi, cum reliquis Patribus, aduentum Christi, ab eo inde liberandi, abducendique in cælos. Sic enim contraximus Bellarmini sententiam, quam diserte, vnoq; contextu non explicuit. Vide Caietanum & Guillaudum. Tamen Gagnæus nõ assentitur: negat enim se videre posse quomodo ex hoc loco colligatur hic descensus Christi fuisse fructuosus. Andradius etiam durius lib. 2. defensionis Tridentinæ, hæc Petri loca ad descensum Christi ad inferos minime pertinere, sed demonstrasse confidit.

III. Sed hæc interpretatio facile refutatur: & iam olim ab Augustino fuit grauissime in suspitionem vocata epistola nonagesima nona. Sed & Beza annotationibus in hunc locum potentissime confecit: quorum obiecta debuit Bellarminus plene, solideque refutare, non vero magnam partem dissimulare, reliquam leuiter attingere. Primo, Petrus de anima Christi non loquitur, sed de spiritu, quo viuificatus est; cum mortificatus esset carne. Ergo, non potest intelligi de vilo animæ descensu. At Bellarminus spiritum sumit pro anima: & profertur se id ostendisse: ubi autem ostenderit, mihi nondum visum: hoc tantum legi, Spiritus, qui hic distinguitur contra carnem, non videtur posse significare aliud quam animam. Quæ si Bellarmino demonstrationis vicem obtinent: næ seculum habemus feracissimum demonstrationum Sed nobis contra videtur. Cur non ex æquo? Atqui opponitur carni, inquit: ergo significat animam: negatur consequentia: & contra, opponitur carni: ergo significat diuinam diuinitatem. Sic enim solet in Scripturis. Prioris ad Timoth. 3. Conspicuum factus in carne: iustificatus spiritu. Vbi Spiritum Sanctum intelligunt, non tantum Gageus & Caietanus, sed etiam Thomas, & Lyranus, & Anselmus, & Iustinianus, sed & olim Theodoretus, & Primasius & Sedulius, & omnes. Quin & Paulus, 1. ad Rom. Christum docet declaratum Filium Dei potenter, secundum Spiritum sanctificationis. Itaque in hunc locum disertissima sunt Oecumenij verba: ἡμεῖς τὸν θεὸν ὁμοιωσάμενοι τῆς ἁρετῆς, ὡς ἡμεῖς ἠμαρτωνοὶ ἦμεν, ὡς ἡμεῖς ἠμαρτωνοὶ ἦμεν, ὡς ἡμεῖς ἠμαρτωνοὶ ἦμεν, ὡς ἡμεῖς ἠμαρτωνοὶ ἦμεν. Mortificatus quidem natura carnis, id est, humana, resurrexit autem virtute Deitatis, est enim Deus Spiritus.

IV. Secundo, Petrus loquitur de spiritibus ἀπειθήσασι, id est, rebellibus: quiq; bene monentibus non obtemperarunt, hoc est, infidelibus. At huiusmodi non possunt dici illi Patres, quos Papistæ in limbis victos detinent: aut quos Christum in cælos deduxisse volunt: nisi forte etiam infidelibus, post mortem velint salutem, noua quadam audacia, polliceri. Bellarminus dicit, eos spiritus fuisse quidem rebelles; sed ante mortem conuersos, poenitentiam egisse: qui quoad corpus perierint, tamen quoad animam salui fuerint: vnde dixerit Hieronymus in questionibus Hebraicis in Genesin ad illud, Non permanebit spiritus meus in homine, Deum puniuisse multos eorum temporaliter aquis diluuii, ne deberet eos punire in gehenna in æternum.

V. Sed Bellarminus agit Iesuitico more, hoc est, audacter imponit. Diuinat enim pro arbitrio quæ nobis obicit, quasi non liceat quicquam excipere. Primo, non habet è Scriptura. Nam, neq; Petrus quicquam indicat: nec Moses in historia diluuii norauit. Hieronymus autem, primo, solus ita sensit: deinde, præter mentem Scripturæ, etiam eius loci quem tractat, in quo est, Non contendat, siue rixabitur, non vero permanebit: neque indicabit: est enim ירון בארם: tertio, de poenitentia, ne quæ quidem: tantum dicit solere aliquando Deum punire in hac vita peccata, ne puniat post mortem. Ad hæc, si poenitentiam egissent, quare à Petro vocari fuissent rebelles? Neque enim solet Spiritus San-

ctus: alioquin etiam sanctissimos sic appellaret: quia vix quisquam est, qui non fuerit rebellis, ac proinde egerit poenitentia.

VI. Tertio, si Spiritus dicuntur fuisse in carcere, ἐν φυλακῇ, quod vocabulum duplici tantum nozione vsurpatur. Vel, pro vigilia nocturna, vnde & quarta parte noctis, ut Luc. 2 & 12. vel pro custodia & carcere, in quo detinentur fontes: ut Luc. 3. Atque hoc sensu nunquam, nisi in malam partem. Porro, hoc loco non intelligitur vigilia: Ergo carcer: oportet igitur in malam partem sumi, pro loco quodam in quo detineantur qui obnoxii sunt iustitiæ diuinæ. Ideoq; Glossa interlinearis, carcerem dicit tenebrarum & infidelitatis, & Syrus interpretes vertit חַיְוּוּא in inferno. At huc non possunt detrudi Patres: cum is Scriptura assignet sinum Abrahamæ: qua de resuo & loco, & tempore.

VII. Quarto, Petrus de liberatione non agit: tantum docet prædicatum fuisse. Ergo, qui liberationem vrgent, addunt Scripturæ nimis audacter. Respondet Bellarminus, Prædicationem illam non fuisse aliud, quam nuntiam liberationis. Cuius, inquam? Indefinitæ, ne, ut sensus sit annuntiatam rationem per quam possent liberari? Concedimus: sed ita euangelizatum mortuis absurdum est. An vero determinatæ, ut significet eis denunciatum aduenisse tempus, quo liberandi essent? Imo, hoc est, quod obseruamus à seipis loqui, quicumque ita loquuntur: itaque addere Scripturæ. Quid igitur? nempe principium petunt: volunt enim probare Christum descendisse ad inferos, ut liberaret animas Patrum. Nos utrumque negamus, & descendisse, & liberasse. Illi probant liberasse: ex hoc Petri loco, quia prædicauerit. Et hoc prædicare exponunt liberare: ita argumentum nititur dumtaxat eorum interpretatione. Et tamen non congruit interpretatio. Non enim liberantur rebelles, de quibus Petrum loqui obseruauimus.

VIII. Quinto, nulla esset causa specialiter nominandi eos, qui fuerint temporibus Noe, dum appareretur arca. Si quidem ea liberatione, quam Papistæ comminiscuntur, nihil illis peculiariter accessit. Nam ex eorum hypothese, æquè cum illis expectabant reliqui omnes ab ipso Adamo numerati ad ea vsque tempora, æquè etiam eo aduentu liberari. Itaque, ridicule in tam amplo campo, si soli essent delecti, in quibus tamen nihil erat specialiter notatu dignum, quod ad Apostoli propositum faceret. At Catholici diligentius conseruandam credunt maiestatem Scripturæ sacræ.

IX. Ut hæc igitur incommoda vitentur, longe aliter locus exponendus. Et quidem Augustinus hanc prædicationem pertinere putauit, non ad inferos, sed ad tempora Noe. Nempe hoc sensu, ut iis, qui fuerunt increduli, prædicatum etiam tum fuerit. Carcerem itaque intelligendum corpus, in quo, tanquam in carcere clauderetur animæ tenebris ignorantie. Christum autem ad eos venisse, non in carne, sed in spiritu, ut ad reliquos, visis congruis alloquendo quos volebat, sicut volebat. Quia in interpretatione vnum est incommodum, quod durum sit spiritus in carcere, animas interpretari.

X. Itaque Caluanus maluit spiritus intelligere animas à corpore solutas: & φυλακῇ, non carcerem, sed vigiliam, siue speculam: ut Patres illi ante Christum mortui, quoniam in cælis essent, atq; in paradiso vera fruentes beatitudine, quæ fuerat fidei illorum promissa, tamen expectarent quodammodo, ac quasi procul intenti spectarent Christum venientem, quem sciebant promissum. Itaque, suo aduentu Christus in paradysum (ubi se fore ipso mortis die pollicebatur latroni) abunde prædicauit adimpleta illa esse, in quorum spē essent introducti in regnum cælorum.

XI. Sed Beza videtur omnium facillime, & felicissime mentem Petri consequutus. Is Augustini sententiam maxima ex parte retinens, illud tantum, τῶν ἐν φυλακῇ πρὸς μὲς, vertit, Spiritibus qui sunt in carcere, cum vulgata versio legeret, is qui in carcere erant spiritibus. Itaque leuicula illa mutatione vocis erant, in sunt, rem totam mirum in modum illustrauit. Ut non frustra ei fuerint, & coram, & per literas actæ gratiæ, quod Bellarminus obseruauit. Concurrisset in eandem sententiam, Andradium notauit etiam Lorinus, ferme hanc gloriæ palmam Beza eripiens. Absque causa tamen. Nam Andradius scripsit anno seculi decimi sexti septuagesimo quinto: At Beza iam ante, anno 56. ut nulla fuerit Lotino dubitandi causa, vtri priori in mentem uenerit. Andradii verba, ex 2. defensionis Trident. Hunc esse planum loci huius sensum existimo. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustus, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu: in quo spiritu iam olim ipse veniens predicauit spiritibus illis, qui nunc in carcere meritis iam infidelitatis sua pœnas luunt, quippe qui Noe reuera monenti, & arcam Dei iussu conseruenti sedem habere nunquam voluerunt.

XII. Veruntamen intelligit Beza per spiritum Christi diuinam illam efficaciam: quam Augustinus descripsit, & prædicationem eandem: nimirum, quia hominibus, qui tum erant in viuis, prædicatum fuerit opera Noe arcam conseruentis. Per ἀπειθήσασι non alios, quam qui ei prædicationi omnino parere recusarunt, ac proinde merito damnati fuerunt. Per carcerem etiam inferos: inferos, inquam, damnatorum. Per spiritus autem, animas eorum ipsorum incredulorum, qui tum, cum Petrus scribebat, detinebantur apud inferos in suppliciis sempiternis. Ut sensus sit, Christum diuina efficacia sua prædicasse iis olim incredulis, quorum animæ deinceps apud inferos torquerentur.

XIII. Harum trium expositionum nulla est quæ non in finibus paradysus Papisticam illam præcedat, utpote, quæ nihil absurdum inferat, nullum præter Scripturam dogma. Postremam tamen magis amplectimur, reliquis simpliciorè. Enimvero in tam difficili loco nihil mirum, & Augustinum, & Caluinum, non nihil humani passos esse: nec inuidet ille, quæ erat morum facilitate, Beza aliquid, amplius quam sibi fuisse reuelatum. Nam & ipse attestat, non hætere se suis, tanquam certis: sed donec melius quid appareret. Caluinus autem, viuens vidit Beza annotationes, & vtilissimas iudicauit: & ad extremum vsq; spiritum cum Beza vixit, ut fratrem cum fratre decuit Omisiss igitur, non sine honoris debiti præfatione, Augustino, & Caluino, de Beza interpretatione disputabimus; & Bellarmini obiectiones considerabimus.

hunc modum Beza; ut dicat, Petrum fidelibus Christi proponere illustrissimum exemplum, quo moueantur ad omne genus afflictiones constantiter tolerandas. Et eadem illustrando intendum; docere, quænam sit Ecclesiæ cum Christo capite, tum in afflictionibus, tum in gloria, coniunctio: deinde etiam, quænam nunc sit illa capitis nostri gloria, cuius & virtute confirmemur, & spe sustentemur: deligere autem exemplum, quo nullum potuerit magis expressum inueniri, tum antiquissimum, ut perpetua Ecclesiæ conditio ostendatur: tum in quo non vnus aliquis, sed mox ipsa potius, quam mortis periculum: non vulgare aliquod aduersus impios iudicium: sed quo nullum vaquam magis insigne editum fuerit: non simplex aliqua, sed miraculi plena liberatio spectanda proponatur: quod denique sit insigne, etiamnum nostræ salutis antitypon. Sic, inquam, Beza. Viderint tamen docti, pique, an melior, faciliorque in hunc modum futurus sit nexus. Si dicamus Petrum horari fideles ad æmulationem bonorum: Et primum, esse argumentum vers. 13. *Ecquis est, qui male accipiat vos, si bonarum rerum amulatores fueritis?* Tū, sequi statim occupationem obiectiois sumptæ ab aduersis, siue afflictionibus, ex quibus apparet fideles, quantumuis amulatores bonorum, tamen male accipi. Huic obiectioi respondere in hunc modum: ne sic quidem discedendum ab officio. Primo, quia beati sunt qui patientur pro iustitia: quod constat exemplo Christi: deinde, quia pænas persoluturi sint, qui contemnant prædicationem Christi, ut patet exemplo illustrissimo temporum Noe. Tertio, quia qui patient eidem prædicationi, omnino seruantur in Ecclesia, et inquam olim in arca.

XXXI. Postrema Bellarmini obiectio est. B zam sua audacia textum mutare: nam vti habetur, *Qui in carcere erant*; ipsum legere, *Qui in carcere sunt*. Cum tamen non tantum omnes Latini legerint, *erant*, sed etiam Græci sic exponant, utpote qui eos velint è carcere liberatos: ut non poterint dici, in carcere fuisse temporibus Petri.

XXXII. Respondeo: calumniam esse ex ingenio Papistico: in textu enim Beza nihil mutauit. Nam textus non potest alius esse, quæ Græcus, quem prorsus integrum reliquit *οἱ ἐν φυλακῇ ἦσαν*. Reliqui autem quorum auctoritatem Sophista laudat, tantum sunt interpretes, siue Latini ille vulgatae versionis auctor, siue Græci expositores. Hi non *ἦσαν* oraculum ediderunt, sed pro suo modulo in explicandis Scripturis laborarunt. Quod fecit & Beza. Itaque hæc illis par. Sed aduersus Latinum, cum alia sunt præiudicia malæ versionis, tum in simili phrasi Gen. c. 44. de Iosepho, *Et ipsum solum habet mater sua*. Vnde crux Carthusiano, *Quomodo verum est hoc, cum Rachel mater Benjamin fuerit mortua, quando hæc dicebantur?* Nimirum suppluit peperam quod phrasi Hebraica *היא לבדו לאמו*. Ipse solus matris suæ. Omnis igitur personæ; rem ipsam potius in considerationem venire oportet: quam Bellarminus tamen ne leuissime quidem attingit.

XXXIII. Porro noruit, qui vel leuissime Græcis tincti sunt in ea phrasi suppleendum, *οἱ ἐν φυλακῇ ἦσαν*. Illud ergo *ἦσαν*, illi veterunt, *erant*, quod quidem certis locis fieri posse, Beza non negat: sed hic maluit *sunt*. Nec frustra aut leues ob causas, voluit. Primo, quia nunquam auditum fuit, eos, qui rebelles fuerunt prædicationi, dum viuerent, ab inferis liberatos post mortem. Secundo, quia sic facillime redditur totus locus; quem hæcenus difficillimum fuisse, cstat ipse Bellarminus: restatur olim Augustinus: restatur & hodierni Papistæ: qui alij aliis minime satisfaciunt. Porro, nemo negat non tantum tempore Petri, sed etiam adhuc nostro seculo in carcere esse omnium ab ipso mundi exordio damnatorum animas.

CAP. VIII.
De aliis quibusdam locis.

I. **H**Os, nec plures, Scripturæ locos Bellarminus recitat. At Vigor Sorbonicus stros Plalm. 30. *Eduxisti ab inferno animam meam*: saluasti me à descendenti in lacum. Quod Rufinus in Symbolo exponit de Christi descensu ad inferos. Psal. 49. *Veruntamen redimet Deus animam meam de manu inferi*. Ad quæ verba Basilii, *Manifeste vaticinatus est Deus descensum Christi ad inferos*. Psal. 86. *Eruisti animam meam ex inferno inferi*. Irenæus inde probat Christum ad inferos descendisse, libro quinto extremo. Et notandum hinc probari plures inferos esse, saltè sublimè & inferius: & eos qui sunt in sublimi, frui quiete. Psalmo 89. *Quis est homo, qui uiuet, & non videbit mortem, & eruet animam suam de manu inferi?* Augustinus de Ciuitate Dei, exponit de persona Christi, qui mortem vicit, quique solus animam suam eruit ab inferno: cum alij ab eo sint liberati. Psalmo 88. *Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber*. Rufinus in Symbolo, Ambrosius de Fide libr. 3. c. 3. interpretantur de Christo, qui solus fuerit inter mortuos, siue adiutorio liber: cum alij non essent liberi: imo egerent liberatore. Psal. 24. *Attollite portas principes vestras*. Athanasius lib. 0 de Incarnatione, negat Christo opus fuisse, ut aperirentur portæ, sua quidem causa: sed eorum potius, quos secum abducturus erat. Ad Ephes. 4. *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem*: Hoc est, liberauit eos, qui erant in limbis, tanquam in carcere. Ambrosius in eum locum exponit de descensu ad inferos. Sic Hieronymus. Item Ignatius ad Trallianos. Origines in 5 ad Romanos. Deniq; Zacharia 9. *Tu emisisti vinclos de lacu in quo non erat aqua*. Idque, *In sanguine testamenti tui*. Hieronymus interpretatur de captiuis in carcere inferni.

II. Respondeo, videri hunc Sophistam omnia voluisse colligere, in quibus, vel inferos legit, vel liberationem, vel quid simile. *ὁ ἄνθρωπος ἐδύετο ὡτὸν μίλαν* & *παρὰ τὸν ἕρπον*: adeo nihil pensi habuit, aut vnde argueret, aut quid concluderet. Atque adeo is Sophistarum mos est, ut uoculas curiose aucupentur; vnde non quidem doceant: sed insidias fruunt, quibus interceptant paulo modestior, imo & Idoocus Coccius, qui hanc eandem controuersiam ex professo tractantes, hos locos omiserunt. Credo, quia eos puduit tam putidi *παρολογομεν*. Itaque, semel dico, eos omnes locos fœde torqueri: iisque imponi seorsam alienam. Atque adeo vere dicam, non ex

his locis probari hunc descensum: sed, contra quam oportuit, ex præoccupata descensus illius opinione, eos locos deprauari: quod alius accidit plurimis.

III. Psalmus 30. (quæ alias 29. dicunt) varie exponitur. Augustinus, eius subiectū notat, resurrectionem atque in immortalem statum mutationem, ionouationemq; corporis, non tantum Domini, sed etiã totius Ecclesiæ. Itaque hunc locum, de quo nunc quaestio, interpretatur in hunc modum, *Saluasti me à condicione profunda cecitatis, atque in similibus corruptis in carne*. Theodoretus Psalmum dictum esse in beatum Ezechiã, qui egerrit gratias ob salutem populi, & templi ab igne hostili liberationem. Et tamen, ut Ezechiã per figuram congruere ita, secundum veritatem, omnium humana natura. Itaque hunc infernum, atque hunc lacum, non nisi de morte exponit, quam Deus euectit: non vocatus, sed tantum lamentationes, quæ fiebant, videns. Lyranus totum Psalmum Dauidi accommodat, qui primo, diuinam in se benignitatem commendat; deinde, propriam suam fragilitatem describat. Itaque hunc verum exponit, *Propter fragilitatem eram dignus gehenna sed tu saluasti me misericordia tua*. Tum infernum lacum, manifeste, non limbum intelligens, se a pænas damnationis æternæ. Euthymius, tum de Dauid, tum de Ecclesia: tum de Ezechiã interpretatur, & in hunc versum, *Sive exponas*, inquit, *de beato Dauid siue de Ecclesia, per infernum intellige tenebras peccati: Vel huic verbis inferni destructionem, & animarum liberationem significat. Quod si de Ezechiã, tenebras inferni dicitur. Sole enim formido tenebras generare*.

IV. Sic Veteres, Tandem vero, siue ex ignorantia, siue ex superstitione, inualuit eorum sententia, qui ad illam descensus fabulam hunc locum detorserunt: quorum antesignanus ille, qui quisque est, auctor commentariorum in Psalmos. qui *ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐδύετο* Hieronymi titulo commendantur. Nam Hieronymi non esse soli, hi nesciunt qui solem ne meridie quidem lucere sciunt: quod non tantum Erasmus censuit, sed etiam Episcopus Amerinus Marianus Victorius, quantumuis Erasmi arrodendi ardore prærens. Eum igitur (quem Bedam nonnulli suspicantur) sequuti sunt deinceps longo ordine Papistæ, Lombardus, Franciscus de Purco, Dionysius à Rikel, ceteri: adeo illis deteriora placent Genebrardus discellit a reliquis, sine dubio coactus vi veritatis: nam quis nescit, quantopere laborauit in tuenda Psalmorum uisitata tum versione, tum interpretatione? Ille igitur exponit, maximas calamitates dictas infernum per hyperbolem, vel metonymiã, *de præsentissimo inferni, vel mortis periculo*: quasi diceret *Me iam iam periturum, & statim mortuorum proximum, mirabiliter liberauisti*. Et illud, *A descendenti in lacum*. Ne essem inter descendentes in sepulchrum: ne descenderem in mortem vel infernum. Sa consentit, *Ab inferno id est sepulchro, quasi dicat morte. Animam meam, id est, me*. Bellarminus & Lorinus ab eo lectu lit: rali non discedunt; sed mystice applicant & Christo, & Patribus. Quid? quod Ecclesiã, inquit Lorinus, recitat hunc Psalmum in officio de Attentione?

V. Simpliciter sensus est, ut de seipso Propheta loquatur. Quis enim ad eum hæc spectare neget, *Ego dicebam in tranquillitate mea Non dimouebat in seculum*: Cuius cogitationis uariata em (inquit Genebrardus) duobus proximis uerbis ostendit, *Quid lucris eris in sanguine meo quum descendam in infernum?* Vbi, per sanguinem, Genebrardus intelligendum docet, vel vitam, vel mortem, ut sensus sit: *Quid mihi prodest uiuere, si mox mortuos sum, vel in interitum in seculum sempiternum descensurus? siue post mortem modo: Quid tibi proderit, si me permittas necari à meis hostibus? siue uero de Christo, qua ratione quicquam contendet dici: sed & v. *Leuena Deus mi, uoluerantem ad te curasti me*. Hebraice *תִּרְפָּאני* quod uerbum ad medicinam pertinet, significans curationem à morbo; quod à Christo est alienum. Quamquã alij metaphoricè intelligant generaliter, pro, à malis præsentibus liberatione.*

VI. Et hæc hic uersus duobus membris constat, quæ ambo unum idemq; significant primum membrum, *Eduxisti ab inferno animam meam*: Postterius, *Saluasti me à descendenti in lacum*. Eu hymus testis. *Eandem iterum alius uerbis repetit sententiam, quem admodum mos est tui qui de acceptis beneficiis gratias agunt*. Testis item Bellarminus, *illud, Saluasti me à descendenti in lacum, idem significat*. Notandum uero eorum, qui Hebraice nescierunt, uix vllum allequum esse huus alterius membri sensum. Augustinus, quasi peccatores persecuti sunt Christum, atque ab iis liberari eum Dominus. Rufinus haud aliter, quod à manibus Iudæorum sit liberatus. Alii forte aliter. At longe aliud Propheta uoluit, quod expressit Genebrardus: *Ne essem inter descendentes in sepulchrum, ne descenderem in mortem, vel infernum*. Cui Sa consentit, Hebraice habent *כִּי מֵיִתְנִי*. Vbi duplicem lectionem Massoræ obseruauit: sed utraque tamen idem tenuit, ut uerbo utar Genebrardi. Itaque Tremellius vertit, *Conseruans me uiuum, ne descenderem in sepulchrum*. Hieronymus, *Uisificasti me, ne descenderem in lacum*. Chaldaeus *Conseruasti me, ne descenderem in demum sepulchri*. Et sane ad uerbum est, ut vertit Arias Montanus, *Uisificasti me à descendenti in lacum*. Sciunt autem qui Hebraice sciunt, hanc phrasin esse negatiuam. Sic Elaiã 54. *Iurauit à transeundo aquas Noab, ultra super terram, si iurauit ab irascendo contra te, & ab interepto de te*. Hieronymus, *Iurauit non adducere aquas Noe ultra supraterram, sic iurauit, ut non irasceret tibi, & non interepto te*. Infinita sunt istiusmodi exempla.

VII. Quare negat Propheta, se descendit in sepulchrum? Vnde primo, quis non uidet, quam absurde uersus hic applicetur Christo? Nam is cetero non potest dici, non descendisse in sepulchrum, cum contra dixerit sit facti dei articulus, *Descendisse ad inferos*. Deinde, si non descendit in sepulchrum, ergo, ne ad inferos quidem. Cum, ut notatum est postterius membrum sit repetitio prioris, & nemo in quã cogitatit, aut alium quætepeitio prioris, & nemo in quã descendisse ad inferos. Itaque hic locus impetane, nisi mortuum, anima descendisse ad inferos. Itaque hic locus impetane, nisi mortuum, anima descendisse ad inferos. Itaque hic locus impetane, nisi mortuum, anima descendisse ad inferos. Itaque hic locus impetane, nisi mortuum, anima descendisse ad inferos.

VIII. De Psalmo 49. uix aliud iudicium. Primo certe uilla causa est, quæ urgeat, ut ea uerba de Christo potius, quam de quoquam fidelium dicenda intelligamus. Nimirum uoluit Propheta, intolerabili diuitum tyrannidi opponere spem quã habebat in Domino: à quo tam præsens auxilium sibi pollicebatur, ut uelè sepulchro, id est, è quolibet quantumuis magno periculo, eruentus esset. Itaque Theodoretus, *Hic qui cum incipit deprecari*.

XXI. Quamquam non is est literalis sensus eius loci. Lyranus cum Rabbini Plalmum cenfer compositum cum Arca deferretur in Sancta Sanctorum. Nam tum, accedente Arca, fuisse ab Angelicis clausas ianuas, unde oportuerit dici. Astollite portas Quod inuentum merito ridet Burgenfis: exponens de ingressu Christi in urbem Hierosolymam, paulo ante passionem suam. Caluinius vult prophetarum fuisse de magnifica illa templi structura, in quo plus fuerit externae dignitatis, quam in tabernaculo: & admoneri fideles, vt ei attendant, ceremoniisque legalibus. Mollerus, & Iunius, malunt vniuersaliter omnes homines inuitari ad Christum excipiendum. Qui omnes sensus nihil spectant ad hunc descensum: de quo est quaestio. Lörinus, Catholicus, inquit, solidum verusque accipiunt ista de Christo, vel ingrediente Ierusalem cum triumpho: vel debellante demonas in descensu ad inferos: vel in caelum ascendente: vel impedi- menta demonum eorandem, aliaque remouente, quominus verbum predicatio- nis libere in homines subeat. Non est igitur, inquam, necessaria argumenta- tio ad limbum probandum.

XXII. Sequitur ad Ephel. 4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiui- tatem: unde liberationem animarum è limbo, nouo quodam artificio, excudit audaculus Sorbonista. Et citat autores, Ignatium, Hierony- mum. Origenem. Quis credat, nisi qui ex quotidiana assuetudine horum noue: it impudentiam? Nam Ignatius ad Trallianos, & Origenes in 5. ad Romanos, hunc locum neque interpretantur, neque citant. Tantum I- gnatius κατήλθεν εἰς ἀδύμηνον, ἐν ᾧ ἦσαν οἱ πάλαιοντες, Descendit ad inferos solus: ascendit autem cum multitudine. Quibus in verbis, quid est quod nos negemus; qui tamen negamus limborum fabulam? Origenes non- nihil loquitur de liberatione eorum, qui non tam praauaricationis crimine, quam moriendi conditione habebantur in inferis. At neque huac locum Pau- li vel citat, vel indicat: neque, vt opinor, approbabitur ab omnibus. Nam eos Patres detentos fuisse in limbo sola moriendi conditione, non vero praeraticationis crimine, hoc est, propter peccata, vix putem concessuros Papistas, qui visione Dei eos priuatos asserunt, etsi non affectus peccata sentus. Hieronymus vero prorsus in diuersam sensum abit, docens, Illas esse manubias hominibus distributas, quas Christus victor emeruit. Ascen- dens quippe in altum, captiuam duxit captiuitatem. Nos, qui nunc in Christo credimus de gentibus congregati, cum essemus creatura Dei, à diabolo capti si- mus, & eius satellitibus distributi. Venit igitur Dominus noster Iesus Chri- stus, secundum Exechielem, vasa secum captiuitatis apportans, & aperto capite, ne ab aduersariis cognosceretur, predicauit his qui capti erant, remissionem, & qui tenebantur in vinculis solutionem, & nos de catenis hostium, & de compe- ditibus liberauit: liberatosque nos, & per nouam captiuitatem de captiuitate ve- teri erutos, secum duxit in caelum, & his ipsis, quos de inimicorum manu victor eripuit, diuersa gratiarum dena largitus est. Haec vero, quis sperasset quem- quam adeo impudentem fore, vt interpretaretur de Patribus conclusis in limbo? Videlicet haec argumenta sunt Papistarum! Optimae scilicet causae. Imo ἐπιπέσει ἡμεῖς μετὰ τὸν θάνατον Et tamen Hieronymi expositio discedit à literalis sensu Pauli, qui dixit, captiuam duxit captiuitatem. Quae phrasia est Hebraea, qua significatur captiuitas hostium, qui aperte bellum gete- bant, quique victi abducuntur in seruitutem Deuter. 21. Cum egredieris ad bellum contra hostes tuos, dederitque eos Iehoua Deus tuus in manus tuas & captiuam duxeris captiuitatem eorum. Post. Chronic. 28. Reducetis captiui- tatem, quam captiuam duxistis. Itaque non utebantur ea phrasia Hebraei, vt si- gnificarent eos, qui captiui erant, ab hostibus abduci in libertatem: sed hostes potius quos bello victos quis in captiuitatem abducit. Quare nō potest satis commoda videri Hieronymi interpretatio: nam nos certe à Christo in libertatem asseri tumus, non in captiuitatem abducti, qui diabolum, mundum, peccatum, damnationem à Christo penitus victos triumphatosque hostes intelligimus.

XXIV. Superest Zacharias cap. 9. Tu quaeque in sanguine testamenti tui emisisti vinclos tuos de lacu in quo non est aqua. Ergo Christi anima de- scendit ad limbos, vt Patrum animas liberaret.

XXV. Negatur consequentia. Negandi ratio prima, quia Propheta nullum habet descensus indicium: sed loquitur de sanguine testamenti, qui referendus omnino est ad mortem. Itaque designaretur, non descen- sus animae, sed efficacia mortis. Quam quis neget potuisse ad Patres per- uenire, si Patres victi detinerentur?

XXVI. Altera negandi ratio: quia nihil sit, quo significetur vllus status eorum qui in limbo. Nō enim victi in lacu sine aqua. Theodoretus, Huc autem lacum, siue de morte aeterna, siue de errore idolorum velut quis intelligere, non à veritate aberrabit. Et post, Cum in hoc lacu victi essent homines, Dom- nus Christus soluit & abstraxit, & pretioso sanguine eis liberatatem donauit, & ad vitam emisit, cum nouum Testamentum eis dedit. Hieronymus ipse, quē tamen testem citabat Vigor suae expositionis. Quod ita intelligitur, in san- guine passionis tuae, eos qui victi in carcere tenebantur inferni, in quo nō est vl- la misericordia, tua clementia liberasti. Denique postquam Dominus resurrexit, hi qui peccatis Adam suae, vt quidam volunt, erroris inoliti, ac mortis vinculis tenebantur resurrexerunt cum eo, & apparuerunt in sancta ciuitate. Cyrillus, σημαίνοντες τὴν φωνὴν αὐτῶν, ἣ τὸ ἀδύμηνον ἐστὶν ἐν τῷ οὐρανῷ (ἐν δὲ τῷ οὐρανῷ τὸ οὐδὲν) ἢ γὰρ ἀδύμηνον ἐστὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅθεν ἀδύμηνον ἐστὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅθεν ἀδύμηνον ἐστὶν ἐν τῷ οὐρανῷ, ὅθεν ἀδύμηνον ἐστὶν ἐν τῷ οὐρανῷ. Quibus verbis aut infernum, ubi non est vita, significari dicimus (aquam enim pro simbolo Vita accipiamus licet) aut certe infernum conuenientissime falsorum deorum fallaciam inter- pretabimur. Vere enim fouea est, in quam si quis penitus deciderit, vita futura ac sempiterna carebit. Augustinus de Ciuitate Dei, lib. 18. c. 35. Quid per hunc lacum velit intelligi, possunt diuersa sentiri, etiam secundum rectam fidem. Mi- hi tamen videtur non ea significari melius, nisi humana miseria siccam profun- ditatem quodammodo, & sterilem, ubi non fluens iustitia, sed iniquitatis lutum.

XXVII. Sic veteres. Enimuero, siue infernum dicant, siue idolola- triam, nihil ad limbum. Nam in inferno dicunt illi nullam misericordiam, quod in limbis contra fingunt. Idololatria autem profecto non nisi in hac vita. Itaque gemina ratio liberandi: vna praerueniens, altera euens. Illa

ad infernum: vt sensus sit, liberatum tri victos ne inciderent in fo- ueam sine aqua, quae ratio liberandi procul abest à limborum fabula. Illa, ad Idololatriam, nempe, vt quae ea detinebantur: iam victi, atque expe- ctantes aeternam damnationem, ita ad veri Dei fidem vocarentur, quae res ad statum pertinet huius vitae, cum qua limbis nihil commune.

XXVIII. Quid plura? Bellarminus de Purgatorio lib. 1. cap. 4. Hunc locum adducunt passim pro liberatione Patrum ex limbo, tamen melius conue- nit liberationi animarum ex purgatorio, quas Christus eduxit, cum eo descen- dit post mortem. Primo, quia isti melius dicuntur victi: Secundo, quia in pur- gatorio non est aqua consolationis, qua est in limbo. Adco Sophistis sua illu- dit Sophistice.

XXIX. Tertia causa, quia versio non est legitima. Ad verbum. Etiam tu in sanguine testamenti tui, emisisti vinclos tuos de cisterna ubi non est aqua. Vbi primum variae sunt personae: nam prius membrum secundam, alterū ha- bet primam. Deinde in priore genus est fœmininū. Deinceps masculinum, vt omnino necesse sit prius referri ad Sionem, cuius praecessit mentio: Exulta Filia Sion Pagninus putauit sensum esse imperfectum, itaque per- ficiendum: Tu quoque seruaberis in sanguine Testamenti tui. Quo tamen ni- hil opus fuit. Iunius, Tu autem in fœderis sanguine fœderis tui, emisisti vinclos tuos: nimirum vt כְּרִיתֶם כְּרִיתֶם sit idem actus que es in sanguine testamenti tui. paulo durius. Sed & Hebraismus frequentissimus, vt pronomina alio- qui superflua, addantur Emphasis causa, Gen. 24. Ego in via in qua dedux- it me Iehoua. In vulgata latina, recto itinere me perduxit. Itaque debuit red- di, vt sensus esset, Quod ad te attinet in sanguine testamenti tui emisisti vinclos tuos: vt in editione nostra Gallica, Quant à toy aussi, à cause du sang de ton alliance ie mettray tes prisonniers hors de la fosse.

XXX. Et haec quidem responsa sunt ad eos locos, quos vigor oppo- suit. Quorum nonnullos scio à nonnullis Veterum aliquantulum detor- tos, vt eorum autoritate facile queant abuti Papistae. De his consulto nihil dum dixi: non obiectionem dissimulans: sed nunc eadem opera om- nibus satisfactorius. Contra. n. excipio: primum, asserri à nobis alios Pa- tres, qui in interpretando dissenserunt. Itaque non posse vt geri illorum au- toritate. Particulares. n. hominū sententias demonstrationis vicē nō obtinere. Secundo, quando quidem illo loci variae à variis exponuntur, esse igitur sal- tem ambiguos: proinde nihil probare: nam incertum per incertum non demonstratur. Tertio, cum è locis ipsis defumantur argumenta ad impu- gnamdam interpretationem eā q̄ Papistis fauet: tum vero satis superque obiectionem solui. Nam, qui a vero aberrat, quomodo cuncte tandem aberrer, eum nihil posse probare. Quare bonorum Patrum peccata can- dide condonemus; modeste etiam excusemus: sed tamen constanter ca- ueamus, ne veritati vllum faciant prauidicium.

CAP. IX.

De Patrum Traditione.

I. Deuenimus ad Patres: quibus, qui male tuti sunt à Scripturis, videri volunt confidere, tanquam qui nuditati suae è ficulis foliis pra- fidium quaerat. At nos Christiani, ἐπιπέσει ἡμεῖς μετὰ τὸν θάνατον ἀλλὰ τῆ τῆ Κυρίου φωνῆ πιστεύοντες τὸ ζῆτέμενοι: non expectamus ab homine te- stimonium, sed quaestione volumus confirmari diuina voce, clamamus cū Cle- mente Alexandrino: Et te, nobilissime Hierosolymorum Antistes, quem esset è re Ecclesiae renouiscere, si sic Deus daret, vt de nouo quantūvis surdis auribus intonares illud tuū, μηδὲ ἐμοὶ τῷ τῷ τῷ ἀποστόλῳ πρὸς τὸν λαόν, καὶ τῷ ἀποστόλῳ τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῳ ἀποστόλῳ καὶ τῷ ἀποστόλῳ τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῳ ἀποστόλῳ, Caueso ne vel mihi asserenti fidē habeatis, nisi demonstratione accepta ab ipsis diuinis scripturis. Ita- que, esto prima haec exceptio ad prolixam illam testium enumerationem, quae siue hic sit à Bellarmino, siue etiam à Coccio, ne Patrum qui- dem autoritati standum praeter Scripturam. Cum igitur demonstratum sit nullum esse Scripturae locum, qui non violenter torqueatur, cum ac- commodatur ad descensum hunc in limbum: superest, vt cum bona Pa- trum illorum venia nos eam fabulam Papistae permittant tam facile con- temnere, quam facile inuenta fuit.

II. Secundo, ex iis Patribus sunt, qui non commode citentur: nimirum ii, qui quid intelligendum sit per hunc descensum ad inferos, non explicant. Huc refer Symbolum Apostolicum, de cuius interpretatione nunc quaestio est. Huic poterat etiam Athanasius addi, in quo eadem ver- ba repetuntur. Huc Ignatium refero, qui Epistola ad Trallianos, Descen- dit ad infernum solus, regressus autem cum multitudine. Quae verba nemo est nostrum, qui non concedat: nimirum, quia magnus est eorum numerus, quos hoc suo descensu ad inferos redemit: etli cum iis tum actu praesentibus, sibi que adstantibus, non ascenderit. Neque aliter intelligen- dus Taddaeus apud Eusebium historiae lib. 1. cap. post. asserens Christum descendisse solum, ascendisse autem cum grandi multitudine. Quan- quam ea Eusebii narratio de Abgaro, fabula sit potius.

III. Iam quod Ignatius addit passum esse mortuumque Christum, ἀληθῶς καὶ ἀδεχῆσθαι, Vere non hominum opinione, βλασφημῶντες ἕως οὗ καὶ ἐπιπέσει ἡμεῖς μετὰ τὸν θάνατον, videntibus caelestibus, terrestribus, & subterraneis: miror à Bel- larmino esse citatum: neque anima duersam continuo subditam expli- cationem, ἐργάζωντο, ὡς τῶν ἀσωμάτων φύσεων; ἐπιπέσει ἡμεῖς μετὰ τὸν θάνατον, κατ' ἐκείνη κατὰ τὸν ἁγίον Ἰωάννην ἀποστόλῳ τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῳ ἀποστόλῳ, Caelestibus puta, incorporeis naturis: terre- stribus, Iudaeis, Romanisque, & quot quot eodem tempore aderant cum Christo crucifigeretur. Subterraneis autem ea videlicet turba, quae una cum Christo re- surrexit. En tibi τὸς ἁγίους ἁγίους, eos qui sub terra detinebantur, quorum no- mine Bellarminus imponerebat nobis. Non anima in limbo Papistico, sed homines sunt morte detenti, atque in sepulcris, saltem ex parte, qui tum fuerunt à morte, atque à sepulcris liberati: idque per resurrectionem, nō per imaginarium illū suum ascensum. Notandum igitur: primum,

XII. Respondeo: Christi animam fuisse in celo, postquam egressa est de corpore: id est, in eo loco, ad quem proficiscuntur omnes piorum animæ, expectaturæ resurrectionis suæ tempus. Sic Lucæ 23. Hodie mecum eris in Paradiso. Nam quod hanc sententiam Vigor errorem vocat execrandum, Papistice facit, erroris præiudicio: non vlla legitima causa. Quod enim in eo maius est incommodum, quam in Paulo, Petro, Ioanne; quos ipsi Papistæ, ipsi, inquam, Papistæ credunt in cælis versari, ante resurrectionis tempus? Atqui ascensio facta est post quadraginta dies à resurrectione. Ita est sane, inquam. Sed vtrumque optime conuenit. Nam ascensio intelligitur animæ Christi cum corpore, non solius animæ. Itaque, non ascensus simpliciter: sed ille ascensus resuscitati corporis negandus est factus ante quadraginta dies. Quid igitur dicemusne Christum ascendisse in cælos, vt dicimus esse sepultum? hoc scilicet intelligo Vigorem velle: Quemadmodum Christus dicitur sepultus, etiam si solum corpus fuerit sepultum: sic diceret ascendisse in cælos, etiam si sola anima ascendisset. Satis subtiliter. Sed quid incommodi? Imo vero, nonne Christus dixit. Eris hic die mecum in Paradiso? Non autem, cum anima mea. Itaque nihil est absurdum.

C A P. XI.

Catholicorum sententia de descensu ad inferos.

I. Papistarum igitur sententia, nulla est sententia. Quid hic nos? Nimirum quod Scriptura docet: Dominum nostrum Iesum Christum fideles à peccatis debitis liberasse; easdem pœnas subeundo. Itaque, non tantum corpore, sed etiam anima, vero passum esse. Porro, quæ corpore passus sit ea contineri his symboli articulis, Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, sepultus. Nam illa omnia corporis sunt absque controversia: nec negant Papistæ. Atque anima passus est, ea vnico articulo significari, Descendit ad inferos, non *ad inferos*, siue ad literam, vt & inferi significant locum aliquem, vel locum distinctum separatumque ab his terris, aut descendere, localem quempiam motum à superioribus ad inferiora: sed metaphorice, quomodo Scriptura solet hæc ipsa phrasim immensos summosque dolores, atque angustias significare, quibus non corpus duntaxat exercetur, sed etiam anima constringitur, idque tanto maiore cum emphasi, quanto notius est per inferos *inferos*, iam olim significari statum eorum, quorum animæ ob peccata torquebantur. Denique huius articuli hunc sensum esse diximus, Christum non communem tantum mortem fuisse peccatum, quæ est animæ à corpore separatio, sed etiam doloris mortis, sicut Petrus vocat: hocque nomine horribiles angustias intelligi, quibus eius anima constricta fuit. Quæ verba sunt Catechismi.

II. Hic Bellarminus, vt semper, aut certe adeo sæpe, vt fere semper egregie calumniatur, in quatuor articulos sententiæ Caluini distinguens, quo iure, quæ ve iniuria. Primus articulus est, iuxta Caluinum nullum esse subterraneum locum pro impiis, nullum item esse purgatorium aut limbum Patrum, esseque ea omnia pueriles fabulas: lib. 1. Institut. ca. 16. segm. 9. Imo nihil esse aliud pœnas damnatorum, quam terrorem & anxietatem conscientiarum; cogitantis Deum sibi esse iratum & iustum. In Psychopannychia, & Institut. lib. 3. c. vlt.

III. At in hoc articulo tria sunt capita: de loco impiorum, de Purgatorio, Limboque Patrum, de pœnis damnatorum. Quo vni primum cum secundo astute, imo sycophantice, miscetur, vt caluina, arte quadam tectoria occultetur. Non enim idem Caluinus docet de inferis damnatorum, quod de Purgatorio & Limbo. Nam hæc quidem duo prorsus negat, & absolute, fabulæque appellat: & merito, vt potest alienissima à Dei verbo. At inferos, ubi torqueantur animæ damnatorum, nusquam negat: tantum puerile esse dicit, damnatorum animas in carcere quodam concludere, etsi hæc quidem in parte noluit curiositati habenas laxare, quod nimirum sane in Papatu iam pridem factum est.

IV. De pœnis alia calumnia. Absit enim, vt dixit Caluin. eas esse aliud nihil præter terrorem, atque anxiam conscientiarum cogitationem. Nam tum proprie nullæ pœnæ essent, si duntaxat pœnarum timor, & quasuis hic ipse timor possit etiam pœna videri, tamen tam procul abest à pœna quam spes beatitudinis ab ipsa beatitudine: etsi ipsa etiam gradus sit quidam beatitudinis. Sed Caluinus sic docuit, Institut. lib. 3. c. 25. Quia diuina in reprobis visitatio grauitatem nulla descripto aquare potest, per res corporales, eorum tormenta & cruciatus nobis figurantur: nempe per tenebras sicutum & stridorem dentium, ignem inextinguibilem, vermem sine fine cor arrodentem. Et paulo post. Quibus vt nos adiuuari oportet ad concipiendam vscunque impiorum miseriam sortem: ita nos in eo potissimum defigere cogitationem oportet, quam sit calamitosum alienari ab omni Dei societate: neque id modo, sed maiestatem Deitatis sentire tibi aduersam, vt effugare nequeas, quin ab ipsa urgearis. Nam primum eius indignatio instar ignis est violentissimi, cuius attractu omnia deuoreantur & absorbeantur. Deinde, illi ad exercendum iudicium se seruiunt omnes creaturae, vt cælum, terram, mare, animalia, & quæ quid est, velut diuina indignatione aduersum se inflammata, & in perniciem suam armata sensuram, quibus iram suam ita Dominus palam faciet. Hæc Caluinus, & alia multa: quæ si præter timorem & cogitationem nihil significant, nã tum facile solem meridie oportebit non lucere.

V. Secundus articulus: Christum, secundum Caluinum, descendisse ad inferos, quia apprehendit Deum tanquam sibi iratum, & in fensum propter nos, & ex metu salutis propriæ amittendæ incredibilem anxietatem animi passus est, æqualem pateret, qui sciret se in æternum esse periturum. Vnde etiam verba desperationis eum protulisse affirmat. Atque, vt hæc probentur, citantur hi Caluini loci ex Institut. li. 2. c. 16. seg. 10. Diros in anima cruciatus damnati ac perditu hominis perulit. Et seg. 11. Christus ergo cum lachrymis & clamore valido orans à metu suo exauditur, non vt à morte sit immunitus, sed ne absorbeat ut peccator, quia illic personam nostram gerit. Et certe nulla fingi potest magis formidabilis abyssus, quam sentire, sed

Deo derelictum, & alienatum. & cum inuocaueris, non exaudiri: perinde ac si in tuam perniciem ipse conirasseret. Et post, ita cum diaboli potestate, cum mortis horrore; cum inferorum d. loribus manum conserendo, factum est vt referres de illis victoriam. Et legm. 11. Hic nebulones quidam, licet indocti, malitia tamen magis quam inicitia impulsu, clamitant me atrocem in eris Christo iniuriam, quia nimis consentaneum fuerit eum de anima salute timere.

VI. Sed de desperatione immānem calumniam abunde discussimus. Quod attinet ad reliqua, Caluinus satis diserte docet. Christum pœnas nobis debitas passum esse, non opinione, aut timore tantum, sed vere & re ipsa, non tantum in corpore, sed etiam in anima. Testes hi loci, eiusdem libri & capitis segm. 10. Nihil actum erat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus: sed opera simul pretium erat, vt diuina ultionis seueritatem sentiret. Item; Correctionem pœnis nostris illi impostam fuisse ex Propheta nuper retulimus: fuisse propter scelera nostra à Patre percussam, attritū propter nostras infirmitates. Quibus significat in locum sceleratorum sponsorem, vadem, adeoque instar rei submissum, qui à pendere ac persolveret omnes, quæ ab illis expectanda erant, pœnas: vno hoc duntaxat excepto, quod doloribus mortis non poterat desineri. Ergo si ad inferos descendisse dicitur, nihil mirum est, quod eam mortem pertulerit, quæ sceleratis ab irato Deo infligitur. Rufus. Diros in anima cruciatus damnati ac perditu hominis perulit. Quæ verba Bellar. recitat. Et seg. 11. Hoc sensu dicit Petrus, Christum resurrexisse, solutus mortis doloribus, à quibus impossibile erat ipsum teneri, vel superari: non simpliciter nominat mortis: sed Filium Dei implicitum fuisse doloribus exprimit, quos parit maledictio & ira Dei. Multa possunt in eodem sensum colligi: quibus apparet manifeste, Caluinum multo plus considerare in anxietate animæ Christi, quam solum terrorem, timoremve pœnarum.

VII. Quæ tamen Bellarminus dicit, si commodum interpretem nanciscantur, vera sunt. Nimirum, vt intelligitur, ex sensu eorum pœnarum vere præsentium Christum apprehendisse Deum tanquam sibi iratum, indeque passum incredibilem anxietatem animi. Non vero hanc istam apprehensionem, illud esse totum, quod per descensum ad inferos intelligatur: & nihil præterea. Nec aliter sunt exponendi, qui ex Institutione profertur loci. Quomodo enim aliter dici potuisset, Christus passus esse diros cruciatus? Aut quomodo non à morte liberatus: morte, inquam, eam quam Deus sceleratis infligit? Aut manum conseruisse cum doloribus inferi? Quomodo, inquam, illa omnia stare possunt: si nihil aliud quam apprehendisset cruciatus, quos tamen nullos sentiebat: aut timuisset mortem, cui nunquam debebat esse obnoxius? aut denique dolores inferni procul à se positos vidisset? Itaque ille etiam mortis horror positus fuit pro horribili morte: nequis male feriatu separaret mortem ab horrore. Tertium illud quicquid est de metu amittendæ suæ salutis, sycophanticum est: non potuit enim, qui non pro se, sed pro nobis patiebatur, suæ salutis timere.

VIII. Tertius articulus. Secundum Caluinum, Christus cœpit versari in inferno illa hora, qua in orto cœpit contristari, & orare: deinde profundius descendisse, quando in cruce clamauit, Deus meus, Deus meus. Denique; profundissime, quando coram Dei tribunali comparuit tanquã reus æternæ mortis, & feruissimum iudicium irati Dei sustinuit. Institut. li. 2. c. 16. segm. 12. Si nunc roget quisquam, an tunc descendit Christus ad inferos cum mortem deprecatus est: respondeo hoc fuisse exordium, unde colligi potest quam diros & horribiles cruciatus perpeffus fuerit, cum se ad tribunal Dei reũ stare cognosceret nostra causa. Et quamuis nosquam aperte Caluius dicat quando di fuerit in inferno Christus, tamen innuit fuisse vsque ad resurrectionem.

IX. Imo distinctio illa trium graduũ, mera est calumnia: nusquã pfecto eam Caluinus, aut docuit, aut etiã attingit. Mentiar, si possunt aduersarij, ex omnibus eius operibus locum aliquem indicare. Mentiar, nisi hic ipse locus contra faciat, quem recitauit Bellarminus, quasi oculos habens & non videns; hoc est legens, non intelligens. Et primo quidem, quo artificio tres gradus elicit: Nam vt maxime velimus insanire, & verbis Caluini alienum sensum inferre; tamen duo tantum gradus essent: nimirum, quos Bellarminus primum fecit & tertium. Nam de secundo, nulla verba sũt. Deinde, nego hæc ipsa verba duos gradus significare. Nihil enim voluit Caluinus, quam Christum eodem ipso momento, cum mortem deprecatus est, sensisse se ad Dei tribunal reũ stare nostra causa: ideoque mortem esse deprecatum. Quod si id somniasset, quod Bellarminus committitur esse, tum oportuisset scribere in hunc modum: Vnde colligi potest, quam diros & horribiles cruciatus perpeffus sit postea cum stetis coram Dei tribunali. Etsi autem in contextu Latino nulla sit ambiguitas, tamen Gallica versio omnem vitiligatoribus ansam præcidit, Veu qu'il cognoissit, qu'il luy conuenoit respondre au siege iudicial de Dieu, comme coupable de tous nos malesices.

X. Christus, ex sententiâ Caluini, apud inferos fuisse, vsque ad resurrectionis horam, æque impudens mendacium. Et quidem fatetur à se diuinatum Bellarminus: cum id nusquam illum aperte dixisse agnoscat. Sed silem indicauit, inquit. Imo, ne hoc quidem. Quo enim loco aut quibus verbis? O Bellarmine, iam pridem tuis artibus effecisti, vt ne iurati quidem fides habeatur: sed ù spes simplicitate affumanti, nihil probanti. Enimvero, quis Caluinum credat negare Christo; id ipsum quod omnibus electis vendicat? nimirum, vt statim à corporis solutione eorum animæ abeant ad Deum: in illa verba, Hodie mecum eris in paradiso. Lucæ 23. Quisquis ergo, inquit, vera fide anima sua custodiam Christo moriens eradet, non extrahetur in longum tempus vt suspensus languent: sed eius voto eadem, quæ erga latronem vsus est, benignitate Christus occurret.

XI. Quartus articulus. Caluinus tribuit huic pœnæ infernali totam ferentiam redemptionis: ita vt sine hoc descensu ad inferos mors in cruce non fuerit futura vllius pretij. Institut. lib. 2. c. 16. segm. 10. Nihil actum erat, si corporea tantum morte defunctus fuisset Christus: sed opera simul pretium erat, vt diuina ultionis seueritatem sentiret. Et ibidem. Vnde etiam eum oportuit cum inferorum copiis, æternaque mortis horrore, quasi conseruatis manibus, luctari. Similiter imo fufius, Commentariis in c. 27. Matthæi.

XII. Lewis accusatio, si accusatio. Caluini mens hæc fuit: nostrã redemptionem à Christo peragi debuisse, toleratis ipsis pœnis quas etiamus ob peccata promeriti. Pertinebant autem illæ, tum ad corpus, dum ad animã, & quæ ad animam, potissimã; & quidẽ tanto discrimine, vt inuicis aliarũ

proindeque innocens: sed effecta tamen eius ira sensit vt vadem peccato- rum oportuit. Tertio, τὸ ἐγκατελείπει non simplicem derelictionem signi- ficat, sed desertionem in malis: hoc est, cum nō tantum permittitur quis- piam venire in periculum, sed etiam, quum in ipsa cum periculo lucta deleritur, vt nullum auxilium sibi polliceri possit. Itaque Pererius his ipsis verbis probat Christum in inferiori animæ parte omni consolatione des- titutum fuisse: quod si est, tum omnino est necesse conqueri Christum, plusquam de sola morte corporis.

IV. Relictam fuisse à Diuinitate humanitatem, non debuit dici abs- que distinctione. Neque enim simpliciter verum: neque ita Christus di- xit. Non dixit, quia ad Patrem direxit sermonem: neque idem est Patrem deserere Filium: & diuinitatem relinquere humanitatem Filij. Non est autem verum: Non tantum propter vnionem hypostaticam, quam ne mors quidem dissoluit, vt docet Damascenus de Fidelib. 3. c. 37. sed et- iam propter efficaciam diuinam; quæ Christo etiam morienti adstiruit. Vnde Arhanasius contra Arianos orat. Ἰδὲ ὁ ἰσχυρὸς ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα τὸ μὲν ἰσχυ- ρότερον, ἰδὲ τὸν πατέρα ἰσχυρὸν ἀείδει, ὅτι τὸ ἐν αὐτῷ. ἵνα ἡ γὰρ γινώσκουσα τὸ λαλῆσαι δε- σπότης ὁ θεὸς ἵπταται ἐν τῷ κελῶ πένοντι ἐκείνῳ. ὁ ἡλῖος τε ἐκρύπτειτο ἐν πύλαις δι- κηφόρου. Ecce ipso dicente, Cur me deseruisti, ostendit pater se semper, atque adeo tum esse in eo. Etenim terra Dominum loquentem agnoscens, contremuit, ἢ velum scissum est: ἢ sol absconsus statim ἢ rupes perforata. Quid igitur? Ni- mirum optime Bernardus serm. 5. de verbis Esaiæ. Quasi quadam ibi dere- lictio fuit, ubi nulla fuit in tanta necessitate virtutis exhibitio; nulla offensio maiestatis.

CAP. XV.

De Christi doloribus mortis.

I. Actorum 2. Petrus de Christo sic loquitur. Quem Deus excitauit, solutus doloribus mortis: eo quod impossibile erat ipsum ab ea retineri. Non simpliciter nominat mortem: sed Filium Dei implicitum fuisse dolo- ribus exprimit: mirum quos parit maledictio & ira Dei, quæ origo mortis est. Itaque dolores mortis, plus quiddam significabunt, quam corporeum sensum. Nam qui vere expendunt mortis naturam, quia au- diunt esse Dei maledictionem, ipsos Deum iratum in morte concipere necesse est. Hinc horror, in quo plus mali est, quam in morte. Ipsa iam, quia hac conditione mortem obire Christus, vt reatum nostrum subiret, ille interior animæ tensus, multo plus illi anxietatis & horrois attulit, quam omnes carnis cruciatus. Summa est, si istos mortis dolores Chri- stus non tollit: ergo soluti non possunt dici: At eos solutos pronunciat Petrus. Ergo, oportet etiam fuisse toleratos.

II. Bellarminus varie respondet. Primum, recitato loco ex versione La- tina quæ legit dolores inferni; obseruat Græce legi mortem. Et Chryso- stomum, atque Oecumenium interpretari mortem ipsam liberatam fuisse à doloribus, quos quasi patiebatur, cum Christum detineret, quem non poterat detinere. Prætare tamen, si dicamus Christum, sua resurrectione destruxisse eadē dissoluisse mortem, cum omnibus doloribus qui illam com- mituntur: eum resurrexere: it immortalis & impassibilis.

III. Sed varia lectio quorsum? Nam Caluinus non obiicit dolores inferni, sed mortis, ac quiescens editioni Græcæ: et si vtriusque modolegias, vt pi- liante restantem enim valent dolores mortis, quantum dolores inferni. De Chryso stomi, (quæ sequuntur Theophylactus & Oecumeni- us) interpretatione non est laborandum. Vident omnes sani alienam esse & nimis offuscata. Porro, Psalmo 18 & 116. Septuaginta legunt ἐξου μὲν ὠδίνε θανάτου, vnde verisimile est hæc verba fuisse mutuo sumpta. Hebrai- ce חַבְלֵי מוֹת Hieronymo interprete funes mortis. Neque חַבְלֵי vtrum- que significat, dolores, inquam, & funes, At sane non possunt in locis dolo- res mortis intelligi, quos mors ipsa pateretur. Itaque Chaldaus Para- phrastes Psalmo 18. vertit, Circumdedit me angustia, sicut mulieris, quæ sedet in partu, nec vis est ei pariendo, ipsa que periclitatur ad mortem. Kimchi. Ita lo- quitur pra magnis angustis in quibus est, at, non procul à morte in petra diuisio- num. Bellarminus ipse. Id est, vndique talia pericula me oppræsserunt, vt de sa- lute corporali desperarem, & ideo tali dolore, id est, mærore animi affectus fui, quali effici solent qui mortem sibi imminere vident. Quis autem non videt, quantum præter phrasin iam pridem vsitatæ genuinum sensum retinet? Itaque ne ipse quidem Bellarmino satis placet Chryso stomus. Cuius in- genuitatis vt gratiam referamus, restatur arrire nobis eum quem tubiicit seosum. Nimirum, vt intelligantur dolores omnes mortem com- mitantes.

IV. Itaque, confecta res esset, nisi nollet hos dolores esse ab ira Dei: Caluinus contendit. Videte autem quæ leui argumento. Nam si (inquit) quia ira Dei fuit causa mortis, ideo dolores, quos patiebatur in morte Christus, erant ab irato Deo, & dolores damnatorum dici poterant: eadē ratione omnes, qui moriuntur, etiam martyres, haberent Deum in- festum, & paterentur dolores gehennæ. Est igitur, inquit, ira Dei cau- sa remota & generalis ipsius mortis: tamen proxima & particularis causa sepiissime est beneuolentia & gratia specialis Dei: teste Augustino de Ci- uitate Dei libr. 13. cap. 6. Et Dauid Psalmo 115. Pretiosa in conspectu Do- mini mors sanctorum eius. Et Ioanne Apoc. 14. Beati mortui qui in Domino moriuntur. Denique Paulus mortem lucrum sibi esse dicebat. 1. ad Philipp.

V. Respondeo, primo ad argumentum, negando consequentiam. Ratio est, quia martyres, reliqui que fideles, qui in Domino moriuntur non pa- tiuntur dolores mortis. Meminit Bellarminus, se docuisse Christum de- stitutum consolatione in inferiori parte animæ, ad solam mortem ani- mum intendisse, & tormenta impendentia. Hoc vero nos vlli vnquam martyrum, aut feliciter in Domino morientium, negamus accidisse: quia in- vis Deus infundat consolationē maiorem, quam sint omnes mortis pœ- næ: vnde sic vt auctos animos à cogitatione pœnarum, defigant in spem æternæ beatitudinis, quam sibi promissam esse sciunt, certoque donan- dam. Et primo in remissionem peccatorum, quam sibi hac Christi morte parcam constantissime credunt; ita vt neque pro suis peccatis pariantur, necdum pro alienis, Christi vero alia erat ratio.

VI. Causas mortis fateor esse distinguendas: vt remota generalisq; sit ira Dei; aliquando vero proxima & particularis eiusdem beneuolentia & gratia. Sed vicissim dico: primo, non tantum vniuersalem, sed et- iam per se mortis causam esse iram Dei. Nam vniuersaliter pronunciauit Paulus, mortem esse obsonium peccati: ad Roman. 6. Itaque, si animus defiga- tur in solam mortis considerationem, nullo modo posse non apprehendi iram Dei: ne exceptis quidem martyribus. Christum vero iam audiimus, confitentibus ipsis aduersariis, sic in morte mortem solam eiusq; tormenta cōsiderasse. Secundo gratiam Dei esse non tantum particularem, sed etiā per accedens causam mortis: nimirum, quatenus in quibusdam Deus qua- sitatur morte, vt eos transferat in meliorem vitam. Itaque non in om- nibus eam causam inueniri. Quare in Christi morte considerandam esse eius causam, non tantum remotam & vniuersalem; sed etiam proximam & particularem esse iram Dei.

VII. Esaiæ c. 53. non tantum dicitur vulneratus propter iniquitates no- stras, attritus propter scelera nostra, sed etiam עָלֵינוּ שְׂלוֹמֵנוּ מוֹסֵר Septuaginta παιδεία ἐξ ἑλπίης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν. Inde q; Latinus, Disciplina pacis no- stra super eum. Non recte Recte Pagninus, Munsterus, Iunius, Castigationē pacis nostra dixerunt: significat enim מוֹסֵר pœnas, quæ sumuntur pro de- lictis, id est, castigationem. Et quidem verbum, vnde id nomen deducit- tur, Septuaginta reddunt παιδία. Sed Latinus, corripere Leuit. 26. Cor- riptam vos septem plagis Psal. 6. Neque in ira tua corripias me. Significauit ergo correctionem nostræ pacis, id est, per quam pacem apud Deum ha- bebamus, Christo impositam fuisse: ipsum igitur correptum fuisse. Et id quisquam concipere poterit, vt non simul iram Dei concipiat? Concludo iram Dei fuisse non tantum vniuersalem & remotam causam mortis Christi; sed etiam particularem & proximam. Itaque stare Caluini argu- mentum.

VIII. Altera Bellarmini responsio inferorum vocabulum retinet, auto- ritate Irenæi, & Augustini. Qua de re, vt dixi, non est nostrum contendere. Nam & in illo Psalmo 18. illi ipsi siue dolores siue funes mortis, appel- lantur etiam dolores siue funes inferni ὀδίνε ἀδου Græce & centesimo de- cimo sexto חַבְלֵי מוֹת, ἀδίνε ἀδου, apud Septuaginta, Latine muniti- ones inferni. A Chaldaeo molestia inferni. A Pagnino, angustia inferni, A Iu- nio, angores sepulchri. Quin etiam Syrus reddidit חַבְלֵי מוֹת Dolores inferni. Vertit Boderianus: At Tremellius, dolores sepulchri. Quia tamen nusquam legimus dolores inferni; sed dolores mortis, videtur longe verisimi- lior lectio, quam retinent pleraque exempla Græca, & Chryso- stomus, Theodoretus, Theophylactus Oecumenius. Quin Epiphanius ipse, qui in Anchorato legit infernum, in ἀνεκφυλακίῳ mortem retinet. Sed, vt dixi, hæc à nobis susque deque habentur.

IX. Quid habet ergo Bellarminus? duplicem interpretationem. Vnam, vt solutus doloribus inferni, idem sit, ac factis irritis: non quibus Christus tenebatur, sed neis teneretur. Ex Augustino Epist. 99. Alteram, quibus ipse quidem non tenebatur Christus, sed alij, quos ipse nouerat liberandos: ex eodem Augustini loco.

X. Sed hæc sunt solius Augustini interpretationes, & quidē hæsitantis. Cæterum ipse contextus ostendit: primo τὸ λύσαι, referri ad Patrem, vt is dicatur soluisse, non vero Christus: cum tamen bonus ille Pater supponat ab illo solutos inferni dolores. Et tamen contextus series aperte reclamat qui totam liberati Christi causam Deo assignat. Sic cum bis asserit susci- tum à Deo: sic ei tribuit illud, Non derelinques animam meam in inferno. Secundo Christum alligatum fuisse doloribus mortis, siue inferni, patet ex præcedentibus: deinde ex contextu. Quorsum enim dolores aliorum nominasset Apostolus? Aut quis non videt τὸ λύσαι, referri ad τὸ κατελεῖν? Sciunt enim omnes vocabulum: vsurpari, non de præda quæ in calles non incidit; sed de ea quæ cum inciderit, tamen retineri non potest. Itaque oportet Christum incidisse in calles, vt ita dicam, inferni, id est, in dolores mortis: sed ab illis euasisse. Ideoque non κατελεῖν αὐτόν, non præua- luisse, aduersus illum dolores illos, vt detinerent. Itaque Irenæus lib. 3. c. 12. sic membra connectit: Quem Deus excitauit solutus doloribus inferorum: quomam non erat possibile teneri eum ab eis. Consentiente Syro interprete. Quia non erat possibile vt detineretur in eo inferno. Sic exponentes Petri illud κατ' ὄν, quo solutionis ratio redditur. Quasi diceret: Quare soluti sunt dolores mortis? Quia Christus à morte detineri non poterat. Hæc veto partium ἀλλοιούσα ridicula est, si dolores ij ad Christum non attinerunt. Et sane Chryso stomi: quique eum sequuntur, interpretatio, huc reci- dit: vt dicatur Christus suscitatus fuisse, solutus doloribus in quibus ver- sabatur, non Adam, vt hunc; exempli gratia, nominem, sed ipse Christus: quemadmodum inans nascitur soluto vtero, intra quem ipse conclud- batur, non alius quispiam.

CAP. XVI.

De Christi εὐλαβείᾳ.

I. Paulus ad Hebr. cap. 5. Christus, in diebus carnis suæ, deprecationibus & supplicationibus oblati cum clamore valido, & lachrymis, apud eum qui poterat eum seruare à morte, ἵνα οὐκ ἀποθῆκε δόξαι ἀλαβείῳ, & exauditis preci- bus, liberatus à metu, quatenus Filius esset, tamen ex iis, quæ passus est, didicit o- bedientiam. Si Christus exauditus est à metu, ergo habuit metum. Itaque, pri- mo, passus est non corpore tantum, sed etiam anima. Secundo, si metuit, & exauditus est à metu. Ergo aliud quid metuit vltra mortem. Non est enim liberatus à morte. Non potest autem considerari quicquam vltra mor- tem; præter illam Dei in hominum peccata, pro quibus se pati Christus sciebat.

II. Bellarminus negat τὴν ἀλαβείαν esse metum pœnæ: sed significare pietatem, reuerentiam, & proinde etiam metum reuerentialem: teste Caluino in Lucæ caput 2. (vbi Simeon dicitur ἀλαβῆς in vulgata versio- ne rimoratus) legente pius, exponente que de vera pietate. Teste etiam Be- za in eundem locum de hinc ἀλαβείαν significare non quemcumq; ti- morem,

Nam quis non videt... numerari inter... tunc...

XIII. Verum Cyrillus disertior, de recta fide ad Reginas, c. de Sanctificatione & Sacerdotio Christi... Quae sic Latine reddo: quia vulgata verba ridicula est...

XIV. Denique cur miremur... timorem veterum... cum etiam...

XV. Sed quae ratio ab illis, inquit Benedictus Iustinianus, num haec dicendi ratio apud probatos autores reperitur... quae ratio ab illis saluatur est in resurrectione...

CAP. XVII.

De Christo factio peccato & execratione.

I. Paulus s. c. post ad Corinth. pronunciat, Christum esse pro nobis factum peccatum, fecit enim, ut qui non nouit peccatum pro nobis peccatum esset...

II. Sed nihil obstat, quomodo in ea phrasī propriam emphasin obseruemus: quam hic Veres noluerunt negligere... Chrysostronus... Maledictus quicumque pendet in ligno...

III. Iterum Paulus 3. ad Galat. Christus nos redemit ab execratione legis... Quis locus vnus esse queat inflar omnium: nihil enim dici potuit... Nam quicumque quis nescit id omne completi...

um? Mirentur potius pij, si non dicantur. Nam de Papistis quidem nihil mirum: qui alia multa secus dicunt, quam oporteat: & recte dicta odio prosequuntur pluraquam Vatiano.

IV. Et quidem, cum constet mortis hoc genus speciali quodam modo fuisse maledictum. Maledictum, inquam, non apud homines tantum, sed etiam apud Deum. Nam id sibi vult locus Deuter. 21. quem citat Paulus non ad verbum... Maledictus à Deo quicumque pendet in ligno. A Deo, inquam. Et adhuc dicat aliquis nullo modo sensisse iratum Deum? Nullo modo cogitationem defixisse in eam iram: & tantum considerasse corporales dolores...

CAP. XVIII.

Testimonia Veterum.

I. Scripturarum autoritatibus subiiciemus Patrum testimonia, qui ipsi idem senserunt Christum, non tantum corpore passum esse, sed etiam animam. Irenaeus libro 5. capite 2. prout citatur à Theodoro dialog. 3. tunc idem... Propterea sanguine redemit nos Dominus, & dedit animam pro nostris animabus...

II. Athanasius de Incarnatione contra Apollinarianum, Mente in Aeternitate... Quod si sic enim Graeca explicanda censo pro interiore in nobis homine, mens fuit coelestis in Christo, quomodo potuit vel dolere, vel anxius esse, vel orare? Quin scriptum est: Conturbatus est spiritu Iesus. At qui ista nec bruta carni, nec immutabili Deitati congruerint: sed anima, qua intellectus est praedita, qua angitur & perturbatur, & anxius est...

III. Cyrillus libro de Recta Fide ad Theodosium, Olori dicitur... Quod si sic enim Graeca explicanda censo pro interiore in nobis homine, mens fuit coelestis in Christo, quomodo potuit vel dolere, vel anxius esse, vel orare? Quin scriptum est: Conturbatus est spiritu Iesus. At qui ista nec bruta carni, nec immutabili Deitati congruerint: sed anima, qua intellectus est praedita, qua angitur & perturbatur, & anxius est...

IV. Damasus Episcopus Romanus, in epistola... Quae ratio ab illis saluatur est in resurrectione... Quae ratio ab illis saluatur est in resurrectione...

XIV. Sic solent Sophistæ extensius magis oratores esse, quam inten- siue demonstratores. Respondeo, Omnes pœnas dici, vel secundum ge- nera, vel secundum species in finis. De his conceditur vniuersum argu- mentum: neque enim Caluino fuit propositum, quicquid vnquam in- commodorum seu pœnarum venit in orbem propter peccatum, id con- gerere in vnum Christi corpus: etsi dixerit pertulisse omnes damnatorum pœnas. Quid ergo? Nempe omnes pœnæ damnatorum his duobus con- tinentur generibus, vt aliæ pertineant ad corpus, aliæ ad animam. Et, quia de his generibus disputatio est aduersum Sophistas, qui cum ex hoc posteriori genere nolint quicquam fuisse in Christo, eam ob causam dixit audacter Caluinus omnes fuisse toleratas.

XV. Et sane, vt à corporeis incipiam, manifesta *φλυαρία* est, omnes species tam curiose colligere. Cum certum sit, nunquam hac lege in- ductas in orbem, vt iis omnibus & singulis, omnes & singuli torqueren- tur peccatores: sed vt omnibus omnino: atque ita patefaceret se infinita diuinæ Iustitiæ potentia, cui tam sine multiplici puniendi via. Quod si verum, ne ipsos quidem peccatores debere pro suis peccatis omnes eas pœnas pendere, quanto minus Christum, non peccatorem, sed tantum peccatorum vadem?

XVI. Eadem ratio pœnarum alterius ordinis. Nam sunt sane damna- tarum animarum plures ordines, quam concipere quisquam possit, qui- bus assignata tormenta suis proprietatibus varia. Sed, quomodo non sin- gulis damnatis omnia, certe neq; Christo non damnato: Et, quomodo non singula corporis, sic neq; animæ.

XVII. De corpore in raptata præcipitato, quid opus est dicere? Nam, ne ipsi quidem Papistæ vllum quamuis damnatissimum, agnoscunt eas pœnas dare, nisi post generalem resurrectionem, & vnitum cum anima sua. Atqui Christi hæc pœnæ fuerunt, non tantum ante eam, sed etiam ante separationem ab anima. Quomodo ergo non gehennam? Denique, hic localis fuisse descensus quem nullum fuisse concedimus.

XVIII. Septima obiectio Gauteri est, dilemmate 83. prioris partis An- atomiæ. Qui potuit esse in statu gratiæ diuinæ: imo plenus gratia, san- ctitate & omni virtute, supra omnes spiritus electos, qui tamen apud De- um extra gratiam fuerit, & quidem ad vsque extremam damnationem? Formo. Nemo priuatus gratia Dei, & constitutus in damnatione, po- test esse in statu gratiæ diuinæ, & plenus gratia. At Christus fuit semper in statu gratiæ diuinæ, plenusq; gratia. Ergo non fuit priuatus gratia Dei, & constitutus in damnatione.

XIX. Respondeo, primo, gratiam diuinam dici, vel amorem Dei in Christum, vel effecta eius amoris: si amorem Dei in Christum intelligi- mus, calumnia est, non argumentum. Nunquam enim delirauit Calui- nus, vt diceret Christum fuisse priuatum gratia diuinâ, id est, amore Dei. Quin potius contra diligenter est protestatus in Cat. chismo, sectione 10. *Erat nequitur illi offensus Pater? Nequaquam.* In Institut. lib. 2. c. 16. sect. 11. *Neque tamen inuimus Deum fuisse vquam illi vel aduersarium, vel iratum.* Quomodo enim dilecto filio in quo animus eius acquieuit, irasceret? aut quomodo Christus Patrem alius sua intercessione placaret, quem insensum haberet ipse sibi? Magnum scilicet præstant lesuicæ, cum vehementer disputant aduersus eam thesin, quam nemo allerit.

XX. Si autem intelligantur effecta amoris Dei in Christum, tum ve- ro vel omnia omnino, vel singula. De omnibus, vt sensus sit, Qui nulla habet effecta amoris diuini, atque ita constitutus est in damnatione, non est in statu gratiæ: rursus calumnia est. Nam primo, effectum eius est ipsa vnio hypostatica, quæ nunquam est dissoluta. Præterea, omne genus vir- tutum, quarum habitus fuit semper in Christo constantissimus; exq; eo summa perfectissimaque puritas, & iustitia. Quis enim docuit Christum vlli peccato fuisse obnoxium? Itaque hæc etiam notione syllogismus est extra oleas.

XXI. Iam, si singula dicantur effecta amoris diuini in Christum, vt ne- cesse sit eum non esse in statu gratiæ Dei, qui non habeat simul & semel quæcumque diuinus amor in iis, quos amat, potest efficere, conceditur sane minor sed maior negatur. Nam actualis fructio plenissima beati- tatis, est aliquod effectum eius amoris: & tamen non est necesse eos desti- tuti amore diuino, siue gratia, qui non actualiter fruuntur plenissima bea- titate. Enimvero ad Hebr. 10. *Quem diligit Dominus, castigat, & flagellat quemcumque filium recipit.* Atqui omnis castigatio, omne flagellum, pertinet ad miseriam: itaque non potest conuenire cum actuali fructione perfectissima beatitudinis. Quare necesse est Dei amorē concurrere inter- dum cum huiusmodi effectuum defectu. Nam quomodo alioqui Chry- sostomus in eum locum Pauli diceret, *ὅτι ἔχθρὸς ἐστὶν ἐν ἐμοὶ, ὅτι ἐστὶς θνήσκων* & *ἀλλοτρίως ἡμῶν, Non potes dicere aliquem iustum esse absque afflictione: Πάντα δι- καιοὺς ἀλλοτρίως ἀγαπᾷ ὁ θεός. ἀποδοὺς γὰρ ἐστὶν ἑαυτῷ, ὅτι ἡ ἀδικία, ἣ δὲ ἐργάζεται ὁδὸς ἀπάτης εἰς τὴν ἀπώλητον. ἢ ἕσται ἡ πλὴν ἐστὶν εἰς τὴν ζωὴν. Necesse est, vt qui iustus veniat per afflictionem. Ea enim Christi sententia est, quod *via lata & spatiosa abducit ad interitum: arcta autem, & angusta, ad vitam.* Quod si fieri possit, vt sint in statu gratiæ, qui propter sua peccata casti- gantur: multo iam magis, qui aliorum crimina luit, nullis suis implici- tus: cuiusmodi est Christus, absque vlla controuersa.*

CAP. XX.

Danielis Cappucini oppositiones.

Hanc questionem prolixissime omnium, quos vidi, disputauit Da- niel à S. Seuero, Cappucinus, libris quinque Christomachicæ. Hinc nobis huius capituli labor accrescet. Primo argumento docet blasphemiam esse, hoc modo: Si humanæ naturæ Christi in hypostatica vnione tribuatur damnatio, ergo Deus est damnatus. At hoc est blasphemum, ergo & illud. Consequentiam probat ab idiomatum communionem, per quam, quicquid humanæ naturæ Christi comp. tit, dici potest de persona composita ex duabus naturis.

II. Respondeo: non haberi ex Catechismo nostro humanæ naturæ Christi tribui damnationem: sed eam damnationem; videlicet sic descri- ptam, vt non pro se, sed pro aliis. Iam damnati nomen, nunquam aliter

inueni vsurpatum, nisi pro eo qui ob sua peccata pœnas luit. Quo sensu antecedens profecto est impudenter calumniosum: totumque argumen- tum extra oleas: certe non contra nos, qui eo sensu horremus, non Deum duntaxat, sed etiam hominem illum dicere damnatum. Vt frustra sit ob- tendere communionem idiomatum. Nam, vt verissimum est, Quicquid est humanæ naturæ Christi, de tota persona dici, & quidem deuotata ab altera natura. ac certe falsum est id de tota persona dici, quod non sit humanæ naturæ. Cum ergo non dicamus humanam naturam hoc sensu damnatam: certe impostor est, quicunq; nobis hanc inurit blasphemiam, Deum esse damnatum: eo, inquam, sensu.

III. Sed cum dicitur damnato pro aliis, tum vero, concessa conse- queutia, negamus assumptum. Etenim damnatio pro aliis, significat ip- sum penitus infontem dedisse pœnas pro fontibus. At qui, siue naturam humanam Christi, siue totam personam, ex Deitate denominatam, sic dedisse pœnas tantum abest à blasphemia, vt contra potius, quisquis ne- get sit exterminandus ex Christianitate. *Esaiæ 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros portauit. Ipse vulneratus est propter prauaricationes nostras: attritus est propter iniquitates nostras. Castigatio pacis nostra super eum: & liuor eius sanitas fuit nobis.* Audin? Nam dilectus est ipse, personam signi- ficans, ideoq; & Deum. Nunc Gregorium audi Moralium 3. c. 11. *Frustra afflictus est (nempe Christus) qui culpa vltione pressus est, & culpa contagio inquinatus non est.*

IV. Breuiter: cur blasphemiam dicunt delicatuli Sophistæ, quam toti- dem verbis, ino literis, legunt in Scriptura? *Lucæ 23. Latro ille in pirata- tum à Deo, alterum blasphemantem Dominum gloriæ secum crucifi- xum, obiurgauit, dicens, ne Deum quidem times, & c. ὅτι τὸ πρῶτον κέλευσθαι αὐτῷ, quod in eadem sit damnatione?* Ergo ex hoc testimonio liquet manifestissi- me, non illam tantum humanitatem, sed etiam illam personam, id est, Deum fuisse in eadem damnatione cum latrone. Et quidem addita illa ipsa expositione, siue distinctione, quam amamus nos magis oculis nostris. *Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus: ipse vero ἵδιον ἕτοπον nihil insolens fecit siue nihil mali gessit.* Et ausit posthac quisquam nobis: ausit nostro Catechismo blasphemiam impingere?

V. Hoc: hoc intererat, vt probaret Sophista, aliquam esse in ea phrasi, sic explicata blasphemiam. Quod tamen, vel nullo modo, vel certe obi- ter conatus est: nihil enim inuenio præter hæc verba, *Ipsa, inquit, natura sufficeret ad huius phrasos horrorem, dicens oportere non tantum bene senti- re, sed etiam bene loqui de Deo. ἡ δὲ αἰδέσθαι φασὶν ἰσὺς ἀμφὶ δαιμόνων καὶ λ. Itaque euitanda omnia vocabula iniuriosa, & blasphema, neque enim minori religione de Deo nobis loquendum, quam cogitandum teste Caluino primi Insti- tutionis capite decimo tertio, sectione tertia.*

VI. Sed enim ista quam vim habent? Nimirum, vt probent abstinendum à blasphemis in Deum: quod si quis ignoret inter homines, crediderint monachos ignorare. Sed hoc quod diximus, non probant esse blasphemiam in Deum. Hæc enim laus est Cappucinorum in disputando: scilicet ille Catilinam pepulisset Vrbe, si de coniurationis horrore multa dicens, de Catilina ipso nihil nisi siluisset. Facere ille olim, *Dic de tribus capellis.* Audi, Cappu- ine, habes consentientem Caluinum, tam religiose loquen- dum, quam sentiendum de Deo. Itaque, si probaueris irreligiose de Deo sentire, aut loqui, qui dicat Christum fuisse in damnatione nostra, potes tibi polliceri, ab hac sententia, ab hac phrasi, discessurum. Cur ergo æ- rem verberas?

VII. Scimus irreligiose sensisse loquosque esse Ethnicos de Deitate, cum suos finxerunt Deos, natos, mortuos, sepultos. Et hoc illis frequen- ter exprobatur à Christianis, Et scimus tamen eosdem Christianos su- um Deum dixisse naturam, mortuum, crucifixum, sepultum, idque illis ob- iectum fuisse à Iudæis. Æquone iure? Cappucini dicant. At Christiani ne- gabunt. Atqui, ò bone, crucifixio damnatio est, mors damnatio est. Quid resistas verbis fateri, quod recedis? Denique, Ecquid nostri, hac ipsa no- stra phrasi hæc, inquam, quam nunc in nobis exagitas tam odiose, pridem vsum esse Gregorium tertij Moralium c. 11. Verba vsum esse Cole, *Idem, qui Patri est æqualis per diuinitatem, venit propter nos ad flagella per carnem. Quia nimirum flagella non susciperet, nisi formam damnati hominis re- dimendo iunxisset.* Eheus tu, qui damnatorum pœnas susceptas non tole- ras: cur non indignis susceptam formam hominis damnati? Vin durius? Paulo post, *Eum, qui sine peccato est, pro peccatoribus damnat.*

VIII. Enimvero, ais, si licet dicere Deum tulisse pœnas damnatorum, licebit etiam profiteri exosum fuisse à Deo, abominatum à Deo, repro- barum à Deo, priuatum visione Dei, subditum Diabolo, tortum, atque afflictum cum Diabolo.

IX. Satis vehementer. Sed quid, si negem consequentiam? Et sane, hæc est inepta. Quid enim, si dicas mortuum Deum, Deum crucifixum: lice- bitne hæc omnia coniectaria iactare? Atqui de damnatione, nihil potes declamare, quod non de morte, deque cruce: quandoquidem mors, & crux, non nisi ad damnationem pertinet. Paulus ad Rom. 6. *Stipendia pec- cati mors.* Ad Galatas 3. *Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Quid ergo? Petrumne illum Apostolorum coryphæum, concesseris exosum Deo: & ma- ledictum, & reliqua: quoniam crucifixus fuerit, atque ea morte mortu- us? Et hoc, si non audeas, audeas Christum? Ita statue: non esse exosum Deo, non abominatum, non reprobaturum, non subditum Diabolo, qui- cumque patitur pœnas damnatorum, id est, debitas iis qui damnati erant meriti: sed qui eas patitur pro suis peccatis: vt conflet amor Dei in- teget ei, qui patitur non pro peccatis suis: qui profecto nemo vnquam fuit, si Christus non fuit.

X. Secundum argumentum ita est. Humana Filij Dei natura, vnica hy- postatice personæ diuinæ, nullo modo potuit tolerare pœnas damnato- rum. Ergo, hoc blasphemum est.

XI. Imo, inquam, gemina impotentia est: altera absoluta ex rerum i- psarum principis, vt cum dico, non potest Deus peccare, & mori: non po- test humana Christi natura mutari in Deitatem: aut Deitas in humanita- tē. Alia hypothetica, quæ, etsi nō pugnet cū iis principiis, tamē pugnat cū circumstantiis quibusdam positis: vt *Lucæ 17. Fieri non potest quim eueniant scandala: nimirum posita humani generis corruptione.* Rursus ad Hebr. 11.

Fieri

An absolute, vt sit in actibus non voluntariis, quemadmodum corpora graua omittete non possunt, quominus deorsum vergant. An xpo n, & certa data hypothesis? Nam si prius, negatur strenue assumptum. Et facile probatur: quia...

XXXIII. Quinquam etiam de non voluntariis possum dare instantiam. Nam in Scripturis, non desunt exempla preceptorum impositorum creaturis non rationalibus, ac proinde nulla prae ditis voluntate. Quid enim? Censet tu frustra loquutum Prophetam Psalmo 148. Laudate eum Sol & Luna: Laudate eum omnes stella & lumen. Laudate eum coeli caelorum: & aqua omnes, quae super caelos sunt, laudent nomen Domini. Vbi Belatminus, Descendit ad corpora caelestia, quae non laudant mente, vel intelligentia qua carent: sed laudant magnitudine, velocitate, efficacia, splendore, & pulchritudine admirabili: quomodo omne opus egregium opificem laudare dicitur.

XXXIV. Si autem ex hypothesi loquatur, puta, quoniam Angeli boni sint in gratia confirmati, vt peccare non possint, ac proinde neque omittete adorationem Christi, vt Deiturus dico, maiorem esse manifestum saluam. Et doceo rursus exemplis. Psalmo 103. Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius. Et 148. Laudate eum omnes Angeli eius. Quem enim? Deum videlicet. Incarnatumne? sane: sed & Patrem, & Spiritum Sanctum. Poterat omittete? An potius eius, imo ad hunc, loquutus est Prophet? Sinto potius omnes Capucini & uoluntarii. Et nobis certum sit, non tantum uoluntarii, sed etiam necessaria esse praeccepta rerum in uoluntate positarum, quant amuis confirmata: non quia possunt non facere: sed vt teneantur facere.

XXXV. Exemplum positi in agone, imo etiam illud axioma philosophicum, Deus bone, quam absurde, quam inepte oppouit! Quae ritur, utrum frustranea sint praeccepta eam rerum, quae omitti non possunt: haec docent frustranea esse ea quae omitti non possunt: Bene sane: Rumpantur ut illa Cadro. Rursus adoratio res est uoluntaria: est non mori in uoluntaria. Et est qui non miretur Capucinae Logicae praestantiam? Denique: nullum praecceptum frustraneum assequitur suum effectum: constat ex illo axioma. At hoc praecceptum de adorando Christo ab Angelis, tanquam Deo, assequitur suum effectum: patet, quia res est, quae non potest omitti. Ergo, non est frustraneum.

XXXVI. Tertium argumentum. Nullus comprehensor potest pati poenas damnatorum. At Christus fuit semper comprehensor: Ergo, nunquam potuit pati poenas damnatorum. Probatur minor. Ex uisione hypostatica, consequitur gloria in natura unita, tanquam eius proprietates, quae eam ponit in statu comprehensiois. At natura humana Christi fuit hypostaticè unita Verbo Diuino. Ergo, semper habuit gloriam constituentem in statu comprehensoris.

XXXVII. Respondeo: negari minorem. Nam nullus uiator est comprehensor, quando est uiator. At Christus fuit uiator, ab initio natiuitatis ad usque beatam resurrectionem. Ergo, Christus ab initio natiuitatis ad hanc usque resurrectionem, non fuit comprehensor. Quae de re propria fuit controuersia praecedenti libro. Nunc tamen breuiter probatur maior. Quia, Viator, inquit Alenstis, secundum Sanctum Thomam, dicitur ex eo quod tendit ad beatitudinem: comprehensor autem dicitur ex hoc, quod iam beatitudinem obtinet. Secundum Cameiacensem, Creatura Viatrix est naturarationalis, quae nec est damnata, nec est beata. Hinc res est manifesta. Nam, nec qui assequitur suum effectum, tendit ad eam: nec qui non est beatus, comprehensor est.

XXXVIII. Minorem autem, ne ipsi quidem negare potuerunt Papistae: qui noua sibi monstra fingentes, Christum dixerunt, simul fuisse uiaorem & comprehensorem: ex Thomae parte 3. quaest. 15. art. post. qui primus, opinor in duxit in Ecclesia in opinionis. Sed probatur fortius a te ipsa. Nullus enim comprehensor est obnoxius uilis calamitatibus: at Christus obnoxius omne genus calamitatum in hac uita: Ergo, non fuit comprehensor. Necessario tamen, vel comprehensor, vel uiator.

XXXIX. In confirmatione aduersarij dico, ex uisione hypostatica sequi gloriam, vel actu praesentem, vel futuram: Hanc concedo: sed nego consistere in statu comprehensoris. Nam omnes fideles iam essent comprehensores: cum habeant suam gloriam in se. Praesentem nego: alioquin Christus spem non habuisset. Spes enim si cernatur, non est spes. Quod enim quis cernit, cur speret? ait Paulus 8. ad Rom. At Christus habuit, Act. 2. Propterea oblectatum est cor meum, & exultauit lingua mea, atq; adeo carum me requiescit in spe.

XL. Quartum argumentum: Quicumque uidet Deum, hoc ipso quo uidet, non potest tolerare poenas damnatorum. Probatur maior: quia nemo potest damnari: ut non priuatur uisione Dei.

XLI. Respondeo, Videre Deum uarie, & per gradus. Nam interdum uidetur in hac uita: & sic Moses dicitur uidisse Deum. Sic Paulus raptus in tertium caelum uidit inenarrabilia. Sic etiam Apostoli testantur se uidisse gloriam Vnigeniti, Ioannis primo. Alias uidetur facie ad faciem in caelis: plena ac perfectissime, quanta quidem perfectio cadere potest in creaturam. De hac posterioris generis uisione conceditur maior. Negatur minor. Nam anima sic uidentem Deum nullis prolixis malis potest esse obnoxia. Ast anima Christi aliquibus malis fuit obnoxia. Thomas quaest. 15. art. 4. partis 3. in Psalmo octogesimo septimo, dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea: non quidem peccatis, sed humanis malis, id est, doloribus: ut glossa ibi exponit. Sic ergo anima Christi fuit passibilis.

XLII. Praeterea: qui sic uidet Deum, non conqueritur se à Deo deseruisse. At Christus conquiescit se à Deo deseruisse. Ergo, non sic uidit Deum.

Minor patet Matthaei 27. Circiter horam nonam exclamauit Iesus, uoce magna, dicens, Eli eli lama sabachthani? hoc est: Deus meus: Deus meus, quare deseruisti me? Theophylactus, ως αὐτὸς εἶπεν ὅτι ἀπορώπων ἀληθῶς ἔλαβετο, ὡς καὶ Φωστωδίου, Vt ostenderet se hominem uere esse factum, & non imaginatione. ἀπερ ἠγωνίατος. ἢ ἰδὴ μὴ ἦσαν αὐτῷ ἡ καρπὸς, δεκτικῶν τῶν ἐν φύσει αὐτοῦ ἡμῶν δειλιῶν, ἔτο ἐ νῦν, φησὶν ἰνα πῖ μὲς ἐγκτελίτες, ἐμφάνων τῶν φουκῶν φιλοζωίῶν ἡμῶν. Quemadmodum igitur ante crucem in agone fuit, & anxietate, ostendens timorem nobis naturaliter innatum: sic nunc dicit, Cur me deseruisti manifestum faciens naturalem nostram uita cupidinem. Maldonatus, Cum & homo, & Deus esset, tamen ita Deus hominem, quasi diuinitatem cohibens, pati permittebat, ut si purus esset homo. Itaq; etsi Deus sit, tamen ut purus homo erat: ut purus homo se à Deo derelictum queritur: non quod se ab eo derelictum putaret, in cuius manus paulo post spiritum suum commendauit: sed quod ita se pati uideret, quemadmodum, si ab eo derelictus fuisset. Quamobrem & hominis à Deo derelicti more clamat, Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Vt hominis extrema patientis supplicia, & à Deo derelicti personam exprimat.

XLIII. Quod attinet ad alterum genus uisionis, conceditur minor: nam sine dubio uidit anima Christi Deum, & quidem longe aliter, quam alius quisquam uiderit unquam. Sed negatur maior: nunquam enim docuit Scriptura (& quae potuit praeterea?) perfectam felicitatem esse extra prius illud uisionis genus. Quintum argumentum: Si tulit poenas damnatorum: ergo vel damni, uel sentus. At neutras: Ergo nullas. Non damni: quia nunquam priuatus est uisione Dei. Non sentus. Nam quicumque poenam sensus patitur, idem patitur ignem & flammam inferni. At Christus non est passus ignem & flammam inferni. Ergo, non poenam sensus. Probatur maior. Matthaei 25. Discedite à me, maledicti, in ignem aeternum: qui paratus est diabolo, & angelis eius.

XLIV. Respondeo: negari assumptum. Nam poenam damni sustulit: cum sensit se derelictum fuisse à Deo: quod non potuit accidere ei, qui semper Deum uidit, & eo genere uisionis, quo carent ij qui dicuntur pati poenas damni. Quae de re tamen actum in praecedenti argumento.

XLV. Et poenam sensus sustulisse, quis negare potest, nisi, qui profusus ignoret quid sit passus? Aut, potuitne eius anima esse repleta malis, quod Thomas agnouit: & quidem tam uehementer, ut nulla fieret, pro tunc, (uerba sunt Carthusiani in Matthaei 27.) redundanti consolationis, & alienationis à superiori parte anima in partem eius inferiorem: absque ullo sensu? Potuitne tam atrociam supplicia corporis tolerare, & quidem, summe passibilis, inquit idem Carthusianus, absque ullo sensu?

XLVI. Non passus est, ait, flammam inferni. Imo passus est dolores inferni, Act. 2. Quem Deus excitauit, soluis doloribus inferni. Vide quid statuas. Sontne omnes dolores inferni, ignis & flamma; an non sunt? Nam si sunt, aut mentitur Scriptura; aut ignem Christus & flammam sustulit. Si non sunt, tum, tu ridiculus; qui, quia non tulit ignem, & flammam, neges tulisse uillas poenas inferni. Et tamen Gregorium audi c. 11. Moralium 3. iuxta semet ipsum, frustra afflictus est, iuxta uero acta nostra, non frustra. Rubigo quippe peccati purgari non potuit, nisi igne tormenti.

XLVII. Nobis certum, ignis & flammarum in inferno nihil esse, nisi metaphoricum: & pueriliter nugari, quicumque corporea, huc materialia sunt imaginati. Indignantur Papistae. Scio, sed quid agas? etiam indignantur, cum dicimus uiam Christum esse Mediatorem: cum dicimus eius nobis impetrari iustitiam: cum dicimus Christianis abominandam esse iconolatiam. Quid plura? Cum dicimus Christum passum esse poenas damnatorum Iaque, si nos oportet moueri eorum indignationibus, nihil propinquius, quam fidei Christianae propemodum uniuersae abnegatio. Longe consulimus nobis prudentius, ut eos permittamus indignari, irasci, fremere, furere; uicam ueritatem omnibus praerferentes.

XLVIII. Atqui, ait Cappucinus, Christus de iis poenis, longe aliter loquitur, & ignem, & flammam appellans; quae nunquam extinguantur: & iubet metui, non eos, qui tantum corpus possunt occidere: sed Deum potentem in terrae, & corpus, & animam in gehennam. Deuter. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nonissima: deuorabit quo terram cum gemine suo, & montium fundamenta comburet. Psalmo 10. Pluet super eos laqueos, ignes, & sulphur: & spiritus procellarum pars calcis eorum. Vicefimo primo, Dauorabit eos ignis. Suntne haec omnia metaphoricæ?

XLIX. Omnia, inquam. Omnibus iis locis ignis metaphoricus est, significans immanes poenas; quas de impiis Deus sumpturus est. Quid habes, quo refutes? Itane habet se Cappucinatorum Logica, ut tam friuolis interrogationibus, speret se aduersarios perturbatum ire? Atqui nobis sane constantior animus est, ut ausit contra interrogare: Suntne ista non metaphoricæ? Hoc tu, Capucine, habeto certissimum, non uideri tibi, tam ἀλόγητον, nostrum sensum in his locis, non nisi metaphoricè legentem ignem, quam nobis absurdum, ineptum, ridiculum uelstrum, qui non nisi proprie, non ignem tantum, & flammam, sed etiam fornaces, camino, cacabos, ollas, caldaria, uerua; & quid non? concipientem. O semper pro na in tetram pectora!

L. Atqui diues ille nequam, Lucæ 16. cum dixit, erucior in ista flamma, conque: ritur se aliquid amplius expetiri quam metaphoras. Omnino, inquam: sed non, si ei poenae fuerunt; non metaphoricæ: ideo ille de iis poenis loquutus est extra metaphoram. Quid enim? Censet esse necessarium, ut per metaphoras nihil significetur, nisi metaphoricum? Monstrum hominis! Nam quid de paradiso dicitur es? Nullane esse in eo solida gaudia; quia Matthaei 8. legas, Recumbent cum Abraham? Vbi, Translatione à conuiuio sumpta, inquit Franciscus Lucas, significatur aeterna uita felicitas. Et Maldonatus, Metaphora sumpta de conuiuio: solet enim regnum caelorum per conuiuium significari. Quid: dolores, quos in cruce passus est Christus, fueruntne, nihil praeter metaphoras? & tamen metaphoricè nominati dolores inferni. Contrahis frontem à me audiens? Ergo Salmeronem audi potius, in Acta, tractat. 13. Superest, ut intelligamus de doloribus acerbissimis passionis, quos ob id metaphoricè inferni uocat, qui tamen finiti sunt in morte. Quid amplius? Nos uero fortunatos, qui hoc uo argumento, totum purgatorium disturbare possumus. Nam; quia Paulum 1. ad Corinth. 3. metaphoricè loquutum agnoscunt, Peltanus, Iustinianus, Bellarminus: Et tamen de Purgatorio: ergo si uilla fides Capuci-

mus pati tantam humanam superbia temeritatem, ut post decreta Diuina, & quidem patefacti, somnus suis indulgeat. Constat ex Scripturis, quare ratione sit mandus redemptus: quid tu seclerate inquitis, quomodo poterit aliter redimi? Quasi sis Deo sapientior: Audi: quicquid tibi aliter videatur: Ego scio homines redemptos morte Christi: nego igitur redemptos vna guttula. Nam vna tantum guttula nullam mortem inferri, non dicam hominibus, sed ne passerulo.

LXIX. Scio pretium redemptionis non esse à materia, sed à persona. Si hoc à persona pretium esse innotuit: Scio vnius guttula sanguinis sacri pretium, nulla proportione aestimari posse. Omnia concedo. Vnum concessurus sum nunquam; nempe, non nisi vna guttula redemptionem constare; sed toto sanguine. Quemadmodum, etsi sciam vnius pretium plus fuisse, quam cœlum & tetram; tamen dico non vno pretio, sed toto corpore diuino constare nobis salutem.

LXX. Denique, rideo argumentum; Nam cum nos inquamur, quid factum sit: ille confugit ad id quod fieri potuit. Quasi, legitur sit vlla cōsequētia: Christus potuit vna sola guttula sui sanguinis redimere orbem: Ergo, non tulit pœnas vllas damnatorum: Egregie, quasi nihil Christus sit passus præter id, quod potuit sufficere ad eam redemptionem. Cur tu igitur non negas, Capucine, fuisse flagellatum? Cur tuos non impetis ridicule cōmiserantes: nescio quas spinas durissimas, acutissimas, longissimas, quibus totum caput fuerit laeceratum; etiam additis baculorum impressionibus? Cur non negas crucifixum fuisse? Nam profecto vna sanguinis guttula; imo, imo mille iam sanguinis guttula fuerant effusa in infantu à circuncisione. Cur denique, non irrides Euangelistas notant, s vulnus lancea impactum: & non potius acieula leuiter punctum? Quo si nodum tua prorupit audacia, ne mira e nostram humilitatem ac quiescentē Scripturā: Et quamquam potuerit, si voluisset, vna sudoris guttula satisfacere: tamen quomodo non minus passus est mortem durissimā illam & durissimam in cruce: sic nos permittito dice: e passum pœnas damnatorum.

CAP. XXI.

De quinque cicatricibus.

I. Resurrectio Christi superest. In eaque vnicā controuersia de quinque cicatricibus. Notant enim quinque in Christo vulnera, nimirum in singulis manibus, pedibusque; singula: a quibus quatuor à clavis: præterea quantum in latere à lancea militis. Hæc quinque post resurrectionē Thomæ ostensa à Christo retineri conseruati; in gloria, qua nunc fruuntur in cœlis: & referenda, ostendendaque; in vltimo iudicij die. Porro, tum Ioannes Hayus quæst. 145. tum Antonius Posseuanus ad monit. 4. ad Nemaufensem Ecclesiam, & Ferdinardus Theomachius libri 6. c. 11. grandis blasphemiam Caluini accusant, quod aliter sentiat. Docuimus enim exponēs vers. 39. 24. secundum Lucam. *Stultum est anile delirium esse plagis adhuc confossum imaginari Christum, quem adueniet mundi iudex.* Trahaunt autem hanc quæstionē Thomas Aquinas 3. part. summ. quæst. 54. art. 4. Et Hayus contra Chambernum, cap. 17. Et sic disputant.

II. Zacharia 12. *Et effundam super domum David, & super habitatores Hierosolyma Spiritum gratiæ & misericordiam: & respiciant ad me quem confixerunt.* Et hic vehemens est Hayus contra Caluini quod hunc locum neget intelligendum de Christo: opponens Ioannis iudicium, tum Euangelij capite decimo no. ubi Christi latus confossum dicitur, ut impletur hæc scriptura: tum Apocal. 1. *Et videbit eum omnis oculus, etiam qui eum transixerunt.* Obicit Iudeos veteres, quorum auctoritate recentiores cōsulantur à Galatino Denique; opponuntur Theodoretus, & Augustinus.

III. Respondeo, primo calumniam esse. Nunquam enim Caluinus negauit eum locum pertinere ad Christum. Verba eius sunt. *Locum hunc qui secundum literam de Christo exponere conantur, nimis violenter torquent.* quæ verba significant, non esse Prophetæ eum literalem sensum, ut significaret vulnus illud lanceæ factū in Christi corpore. Nam sic Prophetam interpretatur, ut illud confingere sit metaphoricum, quasi Deus perinde vulneretur populi sceleribus, ut mortale vulnus est homini, cui cor est transfixum: fatetur tamen à Ioanne eundem locum recte Christo applicari, quia in visibili eius carne palam fuerit impletum, quod Diuina eius Maiestas, secundum rationem, qua patri potuit, passa fuit à Iudæis. Hæc erat Caluini sententia: sed priuata: quæ nemo potuit præiudiciū facere. Quamquam non destituitur ratione: imo filium seriemque contextus fundamentum habeat.

IV. Secundo, negatur consequentia. Nam *videbunt eum quem confixerunt*, non significat idem ac si dictum esset, videbunt Christum habentem in corpore suo stigmata vulnerum, quæ passus est à cruce signentibus: sed tantum, videbunt eum, cui ea vulnera ostensa sunt. Non aliter ac si dictum esset: videbunt eum quem crucifixerunt: quod etiam verum erit: nec tamen, opinor, tunc apparebit cruci affixus. Significant enim huiusmodi phrasas, quod olim factum fuerit; non vero quid sit etiam nunc.

V. Esaiæ 63. *Quærit à Christo, siue Propheta, siue Angelus. Quare rubrum est indumentum; & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Respondet autem Christus: *Torcular calcanti solus.* Hunc locum Hieronymus de Christo interpretatur, quem Angeli mirabantur cruentum ascendentem ad Patrem. Ergo Christus retinuit cicatrices vulnerum.

VI. Respondeo, Primo, locum non pertinere ad Christi humanitatem, aut eius passionis sanguinem: longeq; allucinatos esse Veteres, qui putarunt describi triumphantem eius ascensum. Etenim subiungitur statim ratio, cur dicantur vestimenta rubra. *Torcular calcanti solus, & de Gentibus non est vir mecum: calcanti eos in furore meo; & calcanti eos in ira mea: & aspersus sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinasti.* Nota: primo, agi de furore eius, cuius vestimenta rubra sunt. At is furor in Christo nullus fuit, primo quidem aduentu. Secundo, rubra esse vestimenta sanguine, non eius cuius erant: sed eorum qui erant conculcati. Quod à Christo quis assereret quem scimus proprio sanguine, non alieno, salutem nostram perfecisse? Tertio, illo sanguine vestimenta dicuntur foedata: Quod, vtrum Christo, magnifice ascendenti, conueniat, viderint alij. Papistæ saltem non agnoscent; qui negant has cicatrices Christo esse

indecoras; imo potius gloriosas. Hæc cum ita sint; longe melius, qui intelligunt Deum describi habitu vici bellicosissimi, qui iamiam redeat à multa strage hostium recens debellatorum: cuiusque, ut sit, vestimenta cruentata hostico sanguine, quem multum fudit.

VII. Secundo, etiam si concedamus de Christo intelligendum locum: tamen negamus consequentiam. Nulla enim cicatricum in eo mentio: de quibus tamen quæstio est. Quid enim? An quia cruentus? At qui, oporteret igitur sanguine fluere adhuc plagas. Quod si esset, nullæ cicatrices essent; sed vulnera. Nam cicatrix vulnus est obductum. Sed nemo non videt potuisse describi cruentatum; non quia tum esset cruentatus; sed quia fuisset cruentatus: quod quidem cicatrices conseruatas non inferri. Ac proinde Hieronymus earum prius non meminit, etsi de Christo locum contendat explicandum: confessus tamen seriem contextus non nihil habere difficultatis.

VIII. In Euangelio secundum Ioannem, c. 20. Thomæ qui negauerat se crediturum, nisi videret vestigia clauorum, & lanceæ, Christus dixit: *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas; & profer manū tuam, & immitte latus meo, & ne esto incredulus, sed credens.* Ergo Christus retinuit vulnerum cicatrices.

IX. Negatur cōsequētia. Christus enim, ut fidem faceret resurrectionis, ac commodari se discipulis. Sicis presentibus comedit. Nec tamen asserit quicquam Christum retinuisse eam necessitatem, cui ante mortem erat obnoxius, æque nobiscum scilicet comedendi: neq; eum reipsa in cœlis comedere. Cy illus de Trinitate, cap. 17. *Παθὼν ὁ Κύριος, ὡς ἄνθρωπος, ὡς περὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον, ὡς περὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον, ὡς περὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον.* Postquam passus est Dominus, & mortuus est sepulchro, exiit tum corruptionem, tum quæ ab ea sunt. ei igitur post resurrectionem Dominus comedit, tamen id per dispensationem fecit: probans ius discipulis seipsum qui prius cum eis erat, resurrexisse. *Δὲ τὸ πνεῦμα ἅγιον, ὡς περὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον, ὡς περὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον.* Eandem ob causam vestigia ostendebat plagarum; quæ quidem impressa fuerant, sed non amplius extiterunt, pro sua omnipotentia presentia faciens: *ἐπεὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον, ὡς περὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον, ὡς περὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον.* Quandoquidem corpus illud omnino indigentia & omnino ad tactum obstitens iam supergressum, neq; cibos admisit neq; contrariationes. *Δὲ τὸ πνεῦμα ἅγιον, ὡς περὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον, ὡς περὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον.* Quapropter etiam dicimus Dominum secundum carnem iam non esse, ut qui carnalia, cibi desiderium, somnum, laborem, & huiusmodi, in super ad tactum resistentiā deposuerit.

X. Enimvero, quod instat Hayus; etsi non comedit; posse tamen comedere: quid ad rem? Nam de cicatricibus, non dicimus quandam asserunt, scilicet ut dicant posse Christum, in suo corpore glorificato, habere cicatrices: sed de actu disputant, reipsa habere. Nos igitur recte: quæmadmodum non sequitur actu Christum comedere; etiam si actu comederit: sic neq; actu habere cicatrices, etiam si actu habuerit, atq; ostenderit.

XI. Act. 1. *Hic Iesus, qui sursum receptus est à nobis in cœlum, ita veniet; quemadmodum conspexistis eum proficiscentem in cœlum.* Ergo, Christus retinuit cicatrices.

XII. Mirum argumentum, quasi ascendit in cœlos, significet, retinuit cicatrices. Quis non rideat? Saltem hoc prius docendum erat, Christum habuisse cicatrices: tum cum ascendebar in cœlos. Verget Feuardentius. Talis in cœlum ascendit quadragesima die, qualis tertia resurrexit, & octaua se discipulis manifestauit: quoniam nec corpus, nec gloriam alicubi permittisse legitur. Quis ergo iam dubitet beatas cicatrices retinuisse, cœlestibus inculisse, & his adhuc notatum, venturum esse ad iudicium? Sed negatur antecessens. Non enim dixit Scriptura talem reditū. Qualem viderunt Apostoli die octaua: sed ita venturum, quomodo ascendit. Et quidem corpus permurasse, aut gloriam, fateor nusquam dictum: sed hæc cicatrices primum non sunt seruata in resurrectione, sed tantum resurrectionis ostentata post resurrectionem: Deinde, non sunt de substantia corporis, nec partem vllam efficiunt gloriæ.

XIII. Imo, inquit, Hayus. Vos qui ad Verbum scripturæ refertis omnia, ostendite Christum post resurrectionem non habuisse cicatrices: nullas item habiturum, cum veniet ad iudicium. Facere; atq; ut Iesum tam de cuius. Quod sibi probationis onus incumbit, transfert in nos. Non potuit Augustinus *ἀποκρίσεις*. At nos, eo ipso quod omnia referamus ad Scripturam, si negemus aliquid in ea contineri; satis habemus, ut concludamus, non esse igitur illud Theologicum. Quamquam, non negamus Christum habuisse cicatrices post resurrectionem: quod esset impudens & contra Scripturam: sed retinuisse, hoc vero negamus. id ipsum probari postulamus. Et nisi facti Papistæ faciantque disputent; ne calumnietur: ne nos blasphemiam accusent: agnoscant, atq; erubescant, ea se temere effutire, quæ cum oportet probari, magis multiunt quam pices.

XIV. A Scripturis abeunt ad Patres: Ambrosium in Lucæ 24. Cyrillum libro 12 in Ioanem cap. 58. Augustium libro 2. de symbolo ad Catechumenos. Sed Cyrillus tantum docet Christum apparuisse eum cicatricibus; Thomæ & reliquis, quoniam id ad fidem certiorē Thomas flagitauerit. Colligit etiam ex illo Esaiæ loco, similiter in ascensione. Non tamen asserit retinuisse. Nam & in eum Esaiæ locum: *Neq; vero dicimus, inquit, post resurrectionem à mortuis, penetraciones clauorum, & cetera stigmata in sancta carne adhuc fuisse. Sed illud potius: quemadmodum Thomæ parū credenti Sanctus Apostolus, dicentibus se vidisse Dominum excitatū ex mortuis, impressiones clauorum, & latus ostendit: ita intelligimus, quo nunc principatibus & auctoritatibus in cœlestibus, varia & multiplex Dei sapientia, quam in Christo propter Ecclesiam declarauit, innotesceret, cum signis passionis redisset. Cetero ergo per dispensationem tum Thomæ ostensas fuisse cicatrices, tum potestatis bus cœlestibus: non vero, quod eas resurgens retinuerit. Imo hoc ipso loco in Ioannem, cum sibi obiecit videri absurdum in suscitatis corporibus remanere vestigia inhumatatis; vniuersaliter concludit, nullas corruptionis reliquias, nullum signum, nulla consequentia, vel antecessentia post resurrectionem in hominibus futura. Ut facile agnoscas, eandem semper fuisse Cyrilli mentem: non remanere in Christo cicatrices, sed eorum qui*

tantum: & velociter Theophylactus, τὸ βίβρατον ἴδιον εἶναι τῶν πνευματικῶν ἀναστάσεως μόνον παραλαβάνοντα: assumpta dicitur ad fidem faciendam resurrectionis. Itaque, quanquam illud de celestibus potestibus parum est firmum, tamen non sentit cum Papis Cyrillus.

XV. Ambrosium fateor progressum ulterius; asserentem Deum vulnere caelo intulisse, ut Deo pretia nostrae libertatis ostenderet, talemque a Patre fuisse locatum ad dexteram. Quae utrum hyperbolice dicta sint, an ἡ τὸ πρῶτον, non facile dixerim. Nam quid erat necesse ostentare Deo cicatrices? aut cui bono? Veruntamen, quomodo cumq; Ambrosius sentit, non habet consentientes omnes Veteres. Vnius autem hominis priuatum iudicium, nullam legem facit in Ecclesia. Itaque Augustinus, quantumlibet Ambrosii admirator, induci tamen non potuit, ut certum id ratumque putaret. Nam eo ipso quem citant loco, rem tantum ut verisimilem describit. Fortasse, inquit, sicut demonstrauit Thoma, non credenti, nisi tangeret. Et videret: ita etiam inimicis suis vulnera sua demonstraturus est. Putauit ergo Augustinus se posse impune hanc opinionem in dubium reuocare: quod quantum abest a negante? Itaque non credit esse articulum fidei. Nam ille profecto non solet de articulis fidei tam ricubanter loqui. Quid igitur habent frontis, qui haec placita sic vident, ut non assentientes damnent haereseos, atque blasphemias?

XVI. Aquinas, ut solet, totus est in coniecturis, quibus probet, non quidem certum esse, sed tantum conueniens Christum resurgere cum cicatricibus. Quae tamen ipsae adeo sunt leues, ut facile prodant ingenium Sophisticum, quale iam pridem habuerunt ij, quos Scholasticos appellant; qui supponentes id, quod suo tempore vulgo receptum fuit, satis habuerunt, dum quibusdam quasi coloribus fucarent, cum viderent non sufficere demonstrandae veritati, quam nullam haberent. Fuit ergo conueniens, inquit, animam Christi in resurrectione, corpus cum cicatricibus resumere. Primo, propter gloriam ipsius Christi, ut victoria perpetuo triumphum circumferat. Secundo, ad confirmandum corda discipulorum circa fidem suam resurrectionis. Tertio, ut Patri pro nobis supplicans, quod genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendat. Quarto, ut sua morte redemptis, quam misericorditer sint adiuti propositis mortis indicis, insinuet. Postremo ut in iudicio, quam iuste damnentur ibidem annunciet.

XVII. Nimirum (inquam ad primum) nouo quodam more Scholasticis, numquam nisi in umbra pugnantibus, licebit cicatrices appellare triumphum victorae! Quoniam, quae lo, aut vsu linguae, aut rationis argumento? Deinde, quam ineptum est, Deum, diuinum vestitum gloriae, mereri ex humanis nugis? An vero, quia non potest Pompeius satis magnifice triumphare, absque externi triumphandi indicis, idcirco Dei quidem satis erit magnifica gloria, nisi habeat signum aliquod in oculis incurere? Et hanc ego appellem Scholasticam Theologiam: ac non potius anilem somniationem? Secundam rationem, absit ut improbem: tantum sequi nego referuatas esse has cicatrices: sed saltem *εἰς τὸ πρῶτον* pro praesenti vsu, necessitate ostentatas.

XVIII. In tertio, rideamne, an lugeam caecorum hominum stuporem? Quasi vero aut Christus quotidie, imo ad singula momenta, fluctat genua, non ualque preces fundat pro nobis ad Deum; instar Papisticorum Monachorum, qui sphaerulas precatorias, magnae pietatis indicia, circumgerunt, ut se non nisi numerato cum Deo agere probent? Aut Deus, apud quem, nondum natus, tamen ab initio mundi immolatus est agnus, nouis egeat, nouisque submonitionibus, alias totam redemptionis economiam misere obliuioni traditurus? Apage portenta. Imo neque aut sui, aut nostri caussa, Deus vllis vel indignis, vel vitur monitoribus. In quarto, quos, quae lo, redemptos intelligit? Eosne qui in via? an eos qui in patria? Illos, absurdum: non enim vident stigmata. Nam eos qui aspiciunt in tabula, id est, Papis, quibus nullus est in animo Christus, nisi ante oculos pictus; ego quidem non numerem in redemptis. An igitur istos? Quis ferat ad aeternam spiritualemque vitam translatis, non posse meminisse redemptionis suae, infinita quae in ea peragenda misericordia, nisi praeculis habeant illa stigmata, cum fideles in carne degentes, eam redemptionem, eamque misericordiam continuo celebrent, qui eas cicatrices nunquam oculis vsurparunt? Denique, nunquam credit Catholicorum quisquam in extremo illo iudicio egere Deum externis vllis adiumentis, ad declarandum iustitiam suae sententiae. Et si quid eiusmodi dici potest, sufficere, praesens ipse Christus, suum corpus exhibens videntem, etiam si non offenter nominatum cicatrices.

FINIS LIBRI QVINTI.

LIBER SEXTVS, DE CORPORE CHRISTI.

Caput I.

STATUS CONTROVERSIAE DE DOTIBVS CORPORIS CHRISTI.



De Dotibus Corporis Christi disputant quidam Papis, non *περί τῶν* & propter eas ipsas: quomodo de aliis, quae per se constituunt controversiae caput separatim: sed propter Transubstantiationis commentum, cuius infinitis absurditatibus omni arte prouisum volunt. Itaque videbatur haec tractatio illuc potius reuocanda. Veruntamen, quia separatim a quibusdam agitur: & est etiam paulo prolixior, quam ut videatur, salua perpetua styli conexione, tractari per accidens, habeat sane hic locum suum, bona cum lectoris venia. Nam & pertinet ad Incarnationis Dominicae veritatem: quam factam rectam, in Ecclesiae fide, & praedicatione, conseruari imprimis interesse, probant tam vehementes & prolixae Patrum contentiones contra haereticos veteres. Quod si tam diligeres, imo tam religiosi fuerunt illi, certe ne nos quidem decet esse somnolentos: aut Papis ea eadem veritatem prodere; qua olim doctissimi quique & piissimi contra Euthychianos constantertutati sunt.

I. Porro hanc Incarnationis Dominicae veritatem, hoc semper sensu à Catholicis intellecta, ut Filius Dei ab aeterno verus Deus, in tempore factus sit homo; Homo autem verus, vere constans anima humana, & corpore humano, non solum quoad substantiam: sed etiam quoad proprietates. Hoc vero in confesso est: & quidem de substantia, ne hodie quidem est vlla controversia inter Catholicos & Papis: sed tantum de quibusdam proprietatibus.

II. Catholici proprietates distinguunt, ut aliae sint essentiales: aliae vero accidentales. Illae, absque quibus corpus humanum non sit corpus: ut compositio, ut quantitatis dimensiones. Aut certe non sit humanum, ut membrorum constitutio & symmetria: & si quae sunt praeterea. Has omnes proprietates simpliciter & absolute fuisse à Christo assumptas. & quidem nunquam dimittendas; tam certum Catholicis quam quod certissimum.

III. Accidentariae possunt adesse atque abesse absque subiecti interitu: hoc est, ita ut non propterea corpus desinat esse corpus: aut etiam humanum: ut grauitas haec, tanta quanta in hominibus esse solet: & tarditas & mortalitas; & si quae sunt similia. De his antequam respondeant Catholici, distinguunt in Christo geminum statum. Alterum, inanitionis, siue humilitatis à conceptu ad mortem: alterum, gloriae siue exaltationis à resurrectione in aeternum. Nam, etsi post resurrectionem, manserit aliquandiu in terris, cum videretur nondum glorificatus: tamen quia cepit iam tum non esse mortalis; ideo facile hoc etiam spatium aecenseretur gloriae. Nunc ergo docent Catholici, has accidentarias proprietates vere assumptas à Christo in statu exinanitionis, easque omnes, excepto solo peccato: nempe, ut vere esset nostri similis. At postea in statu gloriae depositas: permutatasque contrariis gloriae conditionibus.

IV. Papis aliter sentiunt; ut explicat Cotonus Institutionis libri 1. c. 3. Christum quatenus viatorem, habuisse corpus simile nostro in omnibus, excepto peccato: at quatenus comprehensorem, habuisse qualitates corporis glorificati, non exercitio quidem, verum potestate. Et in Lemmate: Proprietates corporis gloriosi semper comites fuisse corpori Christi originiliter; aliquando etiam actualiter, tum quum esset mortale & passibile in terris.

VI. Quibus in verbis quid non miremur? Primo enim, qui potest eodem tempore concipi Christus, & viator, & comprehensor? Maxime in hac Controversia, quae est de dotibus corporis. Nam fuisse viatorem quidem ante mortem, & postea comprehensorem, cur Christo negemus, qui concedimus eundem fidelibus? Sed haec temporis diuersitas est contra Cotonum, asserentem eas dotes corporis, quas habent comprehensores, in Christi corpore semper fuisse, ut necesse sit Christum ab eo semper statum comprehensorem. At hoc qui potest, cum viatorum & comprehensorum status opponantur inter se, quomodo via & patria: hoc est, huius vitae miseria, & celestis beatitas? est omnino viator, qui tendit ad beatitatem: aut comprehensor, qui iam obtinet, quo tendebat. Et concipere iam aliquis possit, vnam eandemque personam, eodem tempore, aspirantem ad beatitatem, & beatitatem fruentem? Et quidem eadem ratione corporis Corporis, inquam, ratione: Imo ne Scholastici quidem tam fuere temerarij. *Christus, inquit Altenstaig, fuit Viator, & Comprehensor ante passionem. Quomodo, inquam? Attende. Nam secundum mentem plene videbat Deum: Corpus vero erat mortale, & passibile. Hoc vero est ex professo contra Cotonum.*

VII. Deinde, illud, non exercitio, sed potentia, quid est? An quomodo qui dormit Musicus, musicam habet in seipso potentia: nimirum proximo id est, habitu: quia eam artem ita callere vera, ut possit statim exercere: sed non exercet tamen: eo quod haec potentia, siue habitus, coarctetur, ut ne erumpat in actum exercitio? Et sine dubio ita Cotonus: ut explicet illud originaliter, quod est in Lemmate. At hoc Catholicorum dabit nemo.

VIII. Caeterum non omnes dotes siue proprietates veniunt in controversiam: verum sex duntaxat, impassibilitas, subtilitas, leuitas, splendor, inuisibilitas, localitas.

CAP. II.

De Impassibilitate, Subtilitate, Leuitate, Splendore Corporis Christi.

I. DE primis quatuor, id est, Impassibilitate, Subtilitate, Leuitate, Splendore, non est prolixum negotium: Nam in iis probandis tam nullus est Cotonus, ut nihil supra. Impassibilitatem, inquit, Christus ostendit tum, quum corpus suum mortale dedit immortaliter; possibile, impassibiliter, sub quantitate, qualitate, & figura panis & vini Formam argumentum, quod Sophista neglexit: Quisquid datur mortale immortaliter, possibile impassibiliter, sub speciebus panis & vini; id habet in se originaliter impassibilitatem. At Christi corpus ita datum est. Ergo habuit in se originaliter impassibilitatem.

II. Imo, inquam, merae praestigiae. Distinguendum enim fuit. Datur aliquid vel corporaliter, vel sacramentaliter. Si datum intelligitur Christi corpus